

Dissertatio inauguralis medica de morbis aetatum ... / submittet Johannes Ernestus Waltsgott.

Contributors

Schelhammer, Günther Christoph, 1649-1716.
Waltsgott, Johann Ernst, 1671-

Publication/Creation

Jenae : Litteris Joh. Zach. Nisii, [1694]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sj5fu8cr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA

De

MORBIS ÆTATVM

Quam

DEO ANNVENTE

Illustris Facultatis medicæ permissu

SVB PRÆSIDIO

Clarissimi atque Experientissimi

VIRI

DN. GUNTHERI CHRISTOPHORI
SCHELHAMMERI

MED. D. ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. P.P.

ACAD. LEOPOLD. NAT. CVR. ADVNCTI ET RECVP.

ITAL. SOC.

Patroni & Præceptoris per omnes ætates colendi

PRO

DOCTORIS GRADV

Majorum more obtinendo

Publicæ Eruditorum ventilationi submittet

JOHANNES ERNESTVS Baltsgott

SILES.

IN AVDITORIO MAJORI

horis ante & pomeridianis

*ad diem**Anno 1694.*

JENÆ

LITTERIS JOH. ZACH. NISL.

V I R I S

Præ-Nobilissimis, Amplissimis, Doctissimis, Experientissimis

D N. A N D R E Æ Waltsgott/

Serenissimo Principi Würtembergico - Olsnenfi
à Secretis,

D N. JOHANNI GEORGIO Waltsgott/

Phil. & Med. Doct. & Practico Vratislaviensi felicissimo,

Parenti, ad cineres filiali observantia colendi etatem observando Fratri
honore & amore

Itemque

V I R I S

Nobilibus, atque Spectatissimis, Præstantissimis

D N. EHRENFRIED Neugebauer/

Mercatori Vratislaviensi Prudentissimo,

D N. ESAIÆ HÆNSELIO,

Illustris Vratislaviensis Senatus, Vectigalium Præfecto
dexterrimo,

Consanguineis ac Amicis singulari cultu ac amicitia prosequendis.

Hanc Inauguralem suam

Tum Beneficiorum, quam fidei suæ memor
in grati animi tesseram

D. D. D.

A V T O R:



AVSPICE JESV!

Cura nostrarum miseriarum Antiquitas, varia tristi imagine Posterorum Vita praelusit. Epicteto sane fluxa Vita torrentis instar effunditur: Umbram Sophocles edixit, quicquid Junonis instar cæcutientes amplectimur: Alii alia ludibria in misera Vita nostræ effigiem aptarunt. Enimvero dubio procul calculum merebitur, qui cum Phocydide, Seneca, Chrysostomo, ac Pio Pontifice Vitam mortalium tragicam fabulam existimaverit. Quam enim fati nobiscum luditur! quam omne quod exterius est, & quod in nobis ipsis affectus agit, in pericula nostra tristissimas Scenas pandit! Sic omnia in nostrum exitium ruunt. Solos Morbos videas, quam periculosa fabula hujus pars sint, & quomodo eorum istic actus non uno fulmine sæviat: quam frequenter enim acerbius fatum spiritum nondum spirantibus, eripit? aut lux prima caliginem affundit in vitam vix prodeuntibus? hinc apud meum animum constitui, unicam morborum scenam aperire, quam ipsimet Vita nostræ articuli, etates, in nostra detrimenta ludunt. Sistam ergo Ætatum Morbos, non quibus in etatibus bærentes varius diata error mergit; non quos adolitura nobiscum sarcinæ instar ex maternæ alvi cunabulis tulimus; non qui extraordinario infestant, ut visa à Sylvio, & ma-

gno nostro WEDELIO gallica in Infante Lues, it. Tertianæ in Lactante, arthritis, melancholia in sex annorum pueris, eodem Magnifico Viro observata; nec adducam illos morbos, quos ex una in aliam ætatem producimus; nec quibus dispositum hunc vel illum fera idiosyncrasia ferit; quin nec dogmaticam Curationem afferam, sed clinicam, illorum scil. symptomatum, quæ ætates singulas, & in ætate plerog, ex ferali quasi humorum ac partium necessitate premere consueverunt. Hanc ergo aggressi fabulam, copia quidem rerum, ingenii inopia, deficimus. Mens tamen erigetur iterum, sicubi Benevolus Lector conatui utcunque casuro applausum haud detrectare dignatus fuerit.

CAPVT I. PHYSIOLOGIA ÆTATVM.

§. I.



Isuris quid in nos delinquant ætates, earum evolvenda notio est. Seu ergo cum Scaligero, ætatem rei existentiam sub tempore, essendi que tractum, generalius, aut specialius paulo cum Pareo & Magn. WEDELIO spacium eandem, nuncupes, quo corporis constitutio ex sese & sua sponte evidentes subit mutationes; (neque enim Aegyptiis, ætates derivantibus ex pondere quotannis cordi accreto, auscultes) abunde de ætatum quidditate edoctus eris.

§. II. Haut sane tanta est numerorum potestas, ut soli huic in ætatum vices quicquam largiamur. Nullam cum Hertodto religionem septenarii numeri sanctitati &

ma-

Exerc. in
Cardan.
359.

Introduct.
ad Chi-
rurg.

in Crocol.
p. 118.

majestati damus. Nec sola obeundi munera facultas ætates, Marfilii Ficini svasu, *Libro de studiosorum vita proroganda current.*

§. III. Sangvinis & totius mutationibus ætatum varios gradus deberi, quis addubitaverit? Individuorum autem varietatem fluctuantes annorum ætatumque termini incerta latitudine constituunt. Ut ergo scias quam ætatem, quamquam cum latitudine respectu corporis, quispiam degat, annorum numerus corpori, Kypero, aliisque anthropol. l. i. c. ult. jubentibus, jungendus est. Septenarius proinde numerus nobis, quia Coe, ad ætates circumscribendas arriserit, cum L. de Diæta circa hanc ferè consveta natura de mutationibus disponere, & primo quidem non pube modo naturalia umbrare, sed deinceps etiam in proculcandis chronicis morbis haut raro mirabilem se præstare soleat. Quæ etiam Ranzovio, aliisque ita fuisse perputata legimus.

§. IV. Quot autem insigniores Vita mutationes subeat, antiquis varie prolaturum est. Elegantissima Præceptor & Patronus per omnes ætates colendus, *Physiol. reformat. c. 6. de Vita mod.* habet. Pythagoræ quoque ut Plantæ perennare visi sumus, & tres ætatum periodos ducere: Incrementi, Status, & Decrementi. Anno septimo Infantiam exuimus, altero septennio contra Aristotelem reputantibus Stoicis, Puer exit, induimus abhinc adolescentiam, Succedit ab anno 21. circiter ad 25. Juvenilis flos, quo per 35. annum cadente, togam virilem ad annum 49, 50. protendimus. Unde ut plurimum capite senili nive fluente, ad mortem usque marcescimus.

§. VI. Jam quæ sangvinis, corporisque conditio sit, ex ipsis fontibus libemus. Dignus meliori apud hodiernos fama Pergamenus libro de Marasmo hæc habet: *Ignem*, dicit,

*in humida ligna incidentem fumare primo; hinc radios
effulgere debilius: flammâ sensim materia potente facta,
in maximam altitudinem eam attolli, alimento hinc de-
ficiēte marcescere.* Calorem itaque proximioribus or-

tui potentem cum Hippocrate tribuit, connatum quippe,
& copioso humido, quod multo glutine satur, mersum.
Hunc, ubi profecta pueritia, paulatim sit attenuatus, a-
criorem evolvi, sicque adscititium magis inesse: Hinc appe-
tente adolescentia, sanguinem parte sua vivifica & mo-
biliori fieri prævalentiorē, consumpta humidi per au-
ctionem & labores copiâ: Juvenibus autem, & iis qui in
Viros transcribuntur, vitali flamma ad *ἀνὴρ* deducta, es-
se acriorem & prope mordacem: Ubi tandem ad Se-
nium deventum, sensim *ὀσφ*o balsamico sanguinis statu
deficiente, & eliquato alibili humido, absterfo caloris
vigore, frigidum & siccum statum emergere, quanquam
copiosa vappa in os saliat, stillentque gemmis effectæ na-
res. Laxius proinde Infantibus corpus est, fibrarumq; miti-
us robur, quod siccato sensim corpore, in firmiorem to-
num induratur, culinīs omnibus naturæ legibus conve-
nienter auscultantibus: Senibus vero, resiccatis osibus
collapsaque musculosa, fibrosa que parte, perperam intus
cuncta agi necessum est.

CAPUT II.

PATHOLOGIA ÆTATUM.

Omnem igitur ætatem humorum quasi necessitate sui
morbi manent. Ut in ætatem aliam provehi, idem
sit, ac novo itinere in certissimæ mortis pericula transcen-
dere. Non enim c. Sydenhamio in salutem nostram co-
nari

L. 2. de nat.
hum. 1. de
Diat.

ad Hipp. L.
1. §. 24. it.
1. de Tem-
perament.

observ. de
morb. acut.
c. 3. Sect. 1.

nari Naturam reor, id quod salutem cum Vita jurgulet. Coacti ergo & tempore & ingenio, distincta sed brevissima oratione per omnium ætatum fata ituri sumus.

CAPITIS SECUNDI

SECT. I.

PATHOLOGIA

INFANTUM.

§. I.

Salæ & omnium Medicorum judicio, Dogmaticorum, Princeps Cœus, sollicitudinem de ordine eximit. Hic, Infantuli utero exclusi varia fata L.III. Aphor. §. 24. persequitur. Hujus ergo vestigia prementes, prælucentibus RHASE, LEONELL. FAVENTIN. DE VICTOR. de Infant. ægritud. FERRARIO de art. Med. Infant. MERCURIALI de morb. puer. FRANC. RANCIN. de morb. Infant. SENNERTO, KRAUT. de Infantum à partu cura, SYLVIO, ETMULLERO in Valetud. Infant. STROBELBERGERO in brevis. manud. ad cur. puer. aliisque, tanquam levis umbra succedimus.

§. II. Omnem Pueritiam *Celsi* testimonio, circa diem 40. hinc 7. mense, postea circa pubertatem periclitari, verum esse consuevit. Pleraque vero horum vitia, infimo ventri, lacti, visceribusque debilioribus debentur. Quibus in primis obstetricatur M.S. status humidior, flammulaq; vitalis eodem oppressa. Meconium non abstersum præter Tormina & alia, Icterus quoque ex gr. j. Croci c. lacte dato, *Sylvio* cessurum, bilioso acido suo magmate patrat. Pituitæ præterea viscedo, & effera bilis tumescencia, acido

r. Infant.
utrit. ad
it. long.
h arc. Mos.

e tuend.
anit.

de oſtime-
ſtri partu.

cido utrisque ſeſe ingerente, multos morbos conge-
rendo, delinquunt. Hinc felices *Sylvio* Infantes, qui-
bus contigit lacte deſtitutis non ita nocituro eduli vitam
trahere. *Helmontio* & *G. Hornio* quoque lac ex-
ploditur. In contrarium plane euntibus *Courveo Tr.*
de nutr. fœt. in uter. Harveo de generat. anim. exercit.
ſ8. Nedeſham de format. fœt. cap. 8. aliisque qui ipſo
lacte nutriri embryonem arbitrati ſunt. Quibus
tameſſi calculum adjicere non poſſim; non dubito ta-
men *Galenii* ſvaſu ubera vagientibus admovenda, nec
ſpiſſitate, nec tenuitate, nec quantitate, neque ſcorbuti-
ca cacochymia, aut iterata mutatione nocitura: In Fru-
ſtraneas enim eminentias vix extulit Creator pectora, nec
ut jugulet, ſed ut ſervet, quos ita alendos indicare vo-
luit. Quando autem Lac vel ob ſua vitia, vel ob ven-
triculi laxioris, & cujus multa ſaburra coctionem inficit,
infame fit, vel quatenus in bilem, vel chylum viſcidio-
rem fatiſcit, vel in grumos coit, morbiſicum habendum.
Coagulatur autem non ab acido *Ettmülleri* Qu, qui in
pane eſt, qui enim lac Qui huic jamdudum confuſum,
& mammas emetitur, in ventriculo infantis demum co-
eat? potius vitio ipſius ſtomachi id accidit, acido multo
fœti, quod idem caſeoſas particulas ex ſero ſuo præcipi-
tet. Hinc colligere licet, in ventriculo infantum, vel i-
pſius humoribus, dum adhuc in ipſo utero morantur, acidi
aliquid colligi, quod multis malis poſtea metuendis fo-
mitem præbet. Quibus omnibus etiam obſtetricantur
quinque Coi Procatartica cauſæ, partus labor, umbi-
lici ſectio, aër inſvetus, nutrimenti diverſitas, & quod cu-
bantes antea molliter, rigidiùs degant.

§. III. Prodiens in vivos Infans, haud rarò Capitis
mollem

magnitudinem auctam adfert, quam dicunt Hydrocephalum. Externus unus, à partu difficili coacto sursum in glandulas pericranii humore; facto enim à fibris & poris secessu, cum illis non coalescens humor, in cavitates confluere solevit. Alter internus est, ab effuso intrameninges humore, unde mollius cranii os eodem urgente intus, *Mercurialis lib. 4.* iudicio, facile in extantiorē peripheriam diduci potest.

§. IV. Hinc sui quoque Manes Lactationi sunt: alata ex utero labiorum contiguitas, aliave læsio, vel impedita per Batrachium lingua, sæpius ubera excludit; quin læsa quoque per obstructionem narium respiratio suctum fallit. Omnibus enim infantibus, observante *Magnif. Dn. Pres.* ut aures, ita & nares multo crassamento tanquam glutine obstructæ, itemque angustia narium summa est, sensim deinde in amplitudinem majorem extendenda.

§. V. Lingva assiduis albicantibus ulcusculis indolet sæpius: Aphras vocant, vel tenuitati & mollitie cutis, pulpæque lingvalis humiditati, & acrimoniæ feri, vel acerbis halitibus ex stomacho ascendentibus debitas.

§. VI. Quo salutaris autem reputante *Mercuriali c. 10. l. 2.* infantibus est dormire, hoc periculosiores vigiliæ soporem rumpunt. Sed non uniusmodi Infantibus ἀγρυπνία est. Clamor enim afflictionis index; Ubi vero hæc vigiliæ citra dolores prævios, primariæ exstant, meritò venter infimus, & ex amurca intestinali in fibras proximas evibrati acres halitus, Quis in perpetuas vigilias suspendentes, argui possunt.

§. VII. Proinde phantasmate quasi terrifico excussus sopor, pavores per somnum excitare potest, vel etiam acris vapor rodendo membraneum systema, superficia-

riam dispoſitionem & concuſſionem artuum procurrere. Ab his quam parum Ephialtes diſtet, perſpectu facile eſt. Equidem cum dæmone imbellis muliercula rixatur. Antiqui ſemiobſtructionem cerebri ventriculorum laudant: conſultius autem reputaveris, premi à copioſa lymphæ cerebrales poros, ſicque nervum *ſexti paris* ſemiobſtructum thoracem gravare. *vid. Willis. de anim. brut. c. 6.*

§. VIII. Aures porro multo recremento ſordeſcere, divinus Senex autor eſt, quod experientia anatomica modo firmavimus: Neque vero tantum humanus fœtus, ſed omne animal tum in utero meatum auditorum plenum oſtendit, tum recens in lucem editum, non vacuum omnino. Nam cum omnia humeant tenello in corpore, gravato præ copia lymphæ circulo, hinc inde ſtagnationes: inprimis quod mucoſa quaſi oſſa ſint, facile fiunt. Quod ſi autem cutis ob humoris quantitatem molleſcens erodatur, moleſtam Intertrigo *ἀντρίχων* partibus inducit.

§. IX. Medius venter familiari Infantibus Tuſſi quaſitur. Lympha enim, in coagulum prona, ſi per pulmonis veſiculas *σπείρον* ponat, & ex hac acrimoniam trahat, perpetuo ſtimulo, bronchia ad excutiendum intus hærentia ſollicitat. Quid? quod Willisium ſi audias, Tuſſim talem convulſivam ſæpe, nervis per irritationem in ſpasmus actis, reputaveris.

§. X. Ultimo in ventre, vix pene nato, umbilicus inflammatur, periculoſius ſi febris ſit. Effuſus enim improvida ſecantis obſtetricis manu cruor, male ruptis fibris hærens, ignem, facile hinc vaſis iſſis communicandum, ſuſcipit. Sin male deligatæ fibræ in hyperſarcosin ſubter umbilicum criſpentur, efferri quoque duro tumore umbilicus ſuevit.

§. XI. Quin & in asfiduas Vomitiones tenellus stomachus solvitur. quod tamen sæpius lactis copię & robori ventriculi, quam morbosę causę acceptum referas. Ubi vero ex flavo viridescencia projecerit, corrupto bile vel acido succo lacti tribues. Pulsem quoque, nimis copiose ingestam, futuram morborum variorum materiam, quod subjugari nesciat, utiliter extrorsum ventriculus agit sæpenumero.

§. XII. Tormina denique solennia esse consvevere; Bilis enim in succulento corpore fluxilior, intestina perfluens, intestinales fibras arrodere solet; aut in flatus dispersis impuris succis, intestina dolorifice tendi facile est creditu.

§. XIII. Alterum Infantię ævum à *Coo* Dentitione L.III. §. 25. circumscribitur. Tensis ergo nerveis fibris, dolor male habeat, necessum est: dolores autem & turbare spiritus, & in motum humores agere consveverunt. Dum igitur emerfuri dentes *ὀδοντοφυΐα* tempus definiunt, diris sane hostibus obnoxius Infans est.

§. XIV. Constans folliculorum, qui dentes habent, tensio, molestum gingivis pruritum inducit. Sin fortio rem irritationem quintum nervorum *Willisii* par subierit, in motum actis Spiritibus, proni sua sponte in motum humores facilius impelluntur. His motis fortius, si debilior imprimis textura Infantem habeat, si bilis (potentia proxima talis) sanguinis & intestinalis ipsa, (actu talis) copiosior insit, acta hęc in fermentationem p. n. M. Sam in calorem p. n. exardescit. Sicque terminantes ut plurimum septimo die febres infantulis quoq; tenerrimis cunduntur.

de Convuls.
C. 4.

§. XV. Sicubi autem in tenellis, dolore mota intimi-

us cerebro communicata irritatio fuerit, arrosus nervosus genus, spiritus, vel quodcunque est nervorum fluidum in motum anormali actum, impetuosius in spinalis medullæ caudices projicit & impellit. Hinc epilepticae convulsiones, obstetricante laudata *Galeno* nervorum debilitate. Uti verò sæpius universum corpus dicti hostes quatiant, sic si irritatio tantum ad nervum octavi paris fluat, quæ intra sunt, immensi cruciatus convelli, quod *den innerlichen Jammer* dicunt, non novum est; quod idem citra dentitionem, haud rarò quoque dispositioni scorbuticæ, connata seu sit, seu per lac connaturata, de-
ber, *Drawizius* autor est.

Comment.
 de salubri
 diat.

Schar,
boct. p. 137.

§. XVI. Sed & dentientium malo haut rara fustior alvus descendit. Quando enim longæ crebræque dejectiones sunt, irritatus *Helmontii* ex dolore *Archeus* vix solus alvum fuderit, quin bilis, turbatis per dolorem *mbus*, copioso humore natans, stimulando intestina, contentorum & quicquid commotis humoribus ex glandulis, imo vasis effluit, prolapsus concitet. Strictus autem anus, bilis aliorum derivatæ, foetus est. Hinc *latinus Cous*, (*Horat. Augerii, Schenkii, Heurnii, Lommii*, aliorumque judicio) *Celsus*, periculum talibus intimat, quod ipse *Hippocrates* dentientes ob anum liberaliorem à convulsionibus absolvat: retenta enim turbativa bile, major præsto est irritatio ubicunque eadem procubuerit.

§. XVII. Sequitur quæ ad annum 7. proficiscitur Infantia. Quo tempore cum per *αἰδὸν παγίαν*, quæ quàm familiaris huic ætati est, multa excrementitia in intestina concurrant, non mirum est, variis quoque morbis hanc ætatis partem esse opportunam.

§. XVIII. Primum est, quod per §. 26. L. III. plurimis lymphæ

lymphæ & glandularum vitiis exposita sit. Siquidem aut gravius cœlum austri reddiderint, aut mitior æther arrideat subeuntibus, æque in tumores Infantum glandulæ exsurgunt. Copiosior enim, sua vasa premens lymphæ facile sibi ipsi circulum turbat, coactis autem à frigore poris, in stagna colligitur: Unde cum deglutitionis difficultate *παρϊόθυια*, Strumæ quoque (quarum tamen occultior sæpe in mesenterio fons ob symbolismum glandularum, si easdem obstructio habeat) Bubones vero, & à quibusdam jactatum Satyriasmum ab eruditissimo Mercuriali in dubium vocatum, cum Heurnio, tanquam Parotidum speciem apprehendere cur dubitemus, cum Cœus ipse 7. *Epidem. LI. 16.* mentem ita prodat: *ὅτι τὰ ὄντα πολλοῖσιν εἶα τοῖσι σατύροισιν.*

L. 2. c. 22. de Morb. pner.

§. XIX. Quod si vero decumbens ad peripheriam pituitosa lymphæ, impuritatibus adhuc plena, concepto per *σάσιν* Θινο caractere, cutis fibrillas erodat, frequenti pustula, seu Totius, seu Partis superficies exasperatur. Inde totum sæpe cranium Achores, aut his rebellibus, Tinea, faciem lactumina foedant. Aut si cum cutaneis fibris glutinosior impuriorque lymphæ coalescat, in verrucam partim sessilem præcumbit pellis, aut in Acrochordones elongatur.

§. XX. Eadem laborans copiâ & glutine lymphæ medium quoque ventrem strangulat. Nisi enim coitionem cum pleura naturæ ipsi pulmo debeat, certum est lympham, vel ob copiam & expansionem gravantem, vel viscidine spiritales vesiculas opplentem, Asthma infantile protrudere: quid? quod ex *ἀδδηφαιγία* viscidior chylus, cum si sanguine huc subiens, motum quoque pulmonum premere queat.

§. XXI. Porro calor copiosus, occulta semina, quæ aut cibus forte, aut communis vector aër per minimas atomos dulci humori ingessit, felici matrice quasi, in vitam explicat. Salsior enim lymphæ si sit, efflorescencias facere, sin dulcior, ad semina fovenda aptior, recte sanctorio reputatur. Hinc cummulata ex Ἀδδὴφαιῖα pituita, vim plasticam adductorum seminum in ascarides vel Lumbricos evolvit: seu per ἀδιαπνευσίαν humor in poris stagnans, seminium suum quâ caput, in pediculos, quatergum, in avaros Crinones animat. Ascarides quidem rectum intestinum dolorifico morsu in tenesnum ac dolorem, infantem vero ad immanem vagitum citant. Lumbrici vero epotando chylum, malum corpori habitum, cum pallore, sæpe & totius resiccatione, quin & febres induunt Infantibus, quatenus arrosis intestinis ignem sanguis conceperit. Crinones autem molesto dorsi pruritu, corporisque marasmo infames, alios à Sironibus scias, quos subter pustulas in manuum volis & plantis pedum locant *Sennert. Lang. Ep. 2. 42. Gædar. & alii. vid. Welsch. Tr. de Dracunc. Horst. l. 4. obs. 83.*

§. XXII. Trahens porro ex Ἀδδὴφαιῖα multum cœnositatis lymphæ, sicubi in vesicam multa ὕδατα coiverint, facile lapidis autor existit; quamvis non sine naturali, & à parentibus relicta dispositione hæc fieri, intelligendum existimem. Cum *Galeno* quidem remotius calori inductionem materiæ in saxum debemus, cum *Fallopio* quoque aliquând diutius dilatae mingendi necessitati damus. Proximiùs tamen advoluti, non gorgonium spiritum, non coagulationem, cum ὀξυγόνα culpamus, sed glutinosum humorem arguimus, qui ex Ἀδδὴφαιῖα, & ætate viscidior, ὕδατα ὕδατα partes facile ferruminet, mora forte

Senn. l. 1. Prax. Gædar. metamorph. 1. p. 66.

§. 26. 3. it. B. pid. Comm. 15. de metall. & fossil.

te & calore symbolum quoque conferentibus. Facile hinc assequimur originem Infantilis Stranguriæ: Θ enim Φ eum in vesicam adductum, liquefactumque, dum mingitur, particulis suis acutis sensiles urethræ partes sollicitat, sicque cum isti sensu dysuriam cudit.

§. XXIII. Effusum ex Anglia in nostras oras rebellius Lymphæ malum, Rhachitis nuncupatur. An vero præter nomen, affectum ipsum Britannis debeamus, dubitari potest: Notum enim eundem Hippocrati jam fuisse, ex II. $\pi\rho\rho\rho\eta\tau$. credi posset, ubi dicit: hominem cruribus impotentem fieri, si medulla ægrotavit. it. quæ §. 26. l. 3. singulatim recensuimus, vertebrarum intro luxationes, tubercula, &c. fortassis à Coò tanquam Rhachitidis symptomata adducta fuerunt. Malumus tamen hic $\epsilon\pi\epsilon\chi\epsilon\iota\nu$ quam temere quicquam asserere. Morbum enim infantilem esse, qui se atrophiam, & articulorum hinc inde prominentiis, quin dorsi, ossiumque incurvationibus noscendum præbeat, Glissonius & Mayovius edocent. Causam non in nervorum nutritium succum rejiciam, demonstratum nondum, sed explosum quidem argumentis haud ficulneis. Ergo lymphæ alibilis $\alpha\lambda\upsilon\sigma\alpha\tau\iota\alpha\nu$ sic dictam scorbuticam, acrem, viscidam, undecunque sit genita, tutius inculpo. Notanter Sydenham. c. V. Sect. I. de morb. acut. nisi annis, quibus intermittentes autumnales prædominium habent, vera Rhachitides rarius occurrunt. Hinc si perputemus, febres autumnales ut plurimum de natura Quartanæ esse, hanc vero aut invenire scorbuticos aut facere, rhachytides vero grassantibus talibus ingruere, patet, quam parum distet Rhachitidis à Scorbuti causa, ut tuto possimus concludere, Rhachitidem esse scorbutum, qui imprimis Infantibus familiaris, magis rebellem. Quod & Rhachitidis sym-

symptomata evincunt, glutine enim lymphæ per Sal-
scorbuticum deperdito, ossium fibræ non ita arcte ferru-
minantur, unde facile est, ut ossa ipsa, sponte flexiliora ad
latera curventur. Quod si in spina dorsi fiat, notus jam
Hippocrati & Galeno ab interna causa gibbus exsurgit. In-
eptæ quoque ad apponendum rigidæ lymphæ scorbuticæ
particulæ, marcescentes partes relinqvunt; hinc si confir-
matum magis malum fiat, erosi pulmones, phthisin & alia
producunt. Quod autem memoria felicior sit, ut Glissonius
p. 109. asserit, Ω -bus animalibus, ob paucitatem ad infer-
nas partes parum concedentibus, sed in capite remanenti-
bus, deferri posset.

§. XXIV. Atrophia infantum minus malum est. Hæc
nisi à Comedonibus vel Lumbricis sit, variæ in me-
senterio obstructions accusandæ, quas impr. *Sylvius*,
Barbetti, *Hoeferius*, *Sydenham* culpant. Non quidem in
venis aut arteriis, aut mesenterii ipsius substantia quæ-
rendæ, sed in ipsis glandulis lacteis, quas sapissime in-
scirrhum induratas ac tantum non lapideas *Neb. Dn.*
Præses, apertis ventribus observavit: Tumet his ven-
ter à flatibus, in quos chylus obstructis viis penetrare
nescius, indeque corruptus dissolvitur, qui in intestinulis
prope soli ab ipso reperti sunt, cum corrupta & nigrican-
te, ex lymphæ in sanguine defectu, bile.

§. XXV. Sed & solidarum partium variæ debilitates
sunt. Acta per externam causam vertebra vel introrsum
vel ad latus, vel extra versus, Gibbus varius exsurgit.
Quod debilior vero vesicæ sphincter ad quemvis $\square$ æ
stimulum solvitur, naturæ opus putamus; item quod
multo humore ani Spincterem laxante, inverti is & ad
extra mitti sivevit.

Prax. l. l. c.
14. §. 56. pag.
168. Barbet.
Prax. 3. c. 2.
obs. 2. Hæfer
Herc. med. l.
7. Syd. de
febb. p. 39.

§. XXVI. Per innumerabiles autem observationes constat, Variolas & Morbillos sæpius etiam in Pueritiam protendi: hinc illas medio loco etiam in utramque ætatem ambigere iussimus. Cæteris hominibus non ex ætate, sed incongruus morbus sunt. Non cum Arabibus menstruorum reliquias incuso, nec repetitæ post conceptionem Veneri aliquid dedo, sed impuritati recentis sanguinis, & contagio omnia tribuo: consuevere enim magis esse epidemicæ, rarius sporadicæ. Malignitas vero ubi adfuerit, ex accidente erit, & aëris fermento corruptiori adscribendum. Enimvero seu ob ætheris horrorem coactis subter pellem copiosis fuliginibus, seu miasmate per contagium illato, actus in motum intestinum sanguis, ad cutis glandulas, intusque ad pulmonem non tantum, sed omnia viscera despumascit. Ubi autem subtilius id est, quod cutim asperat, tinctæ rubello colore prominentiæ morbillos ponunt. Sin serum quoque subeat simul fermentum, innumeris pustulis cutis attollitur; quæ pustulæ hinc, non tam vermiculis, ut *Borellus Rhodius Lipsius, Bartholinus* vidisse testantur, quam lymphæ per fermentationem in pus dejecta scatent.

Bor. Cent. 2. obs. 72. Rhod. Cent. 3. obs. 64. Lips. de Variol. Barthol. Cent. 5. bist. 20.

CAPITIS TERTII

SECT. II.

PATHOLOGIA PUERO.

RUM ET ADOLESCENTUM.

§. I.

Infantiam ut Pueritia, sic novus sanguinis status excipit. Increscit enim calor, & felicius ex discussis glutinosioribus feri partibus sese expediens, beneficio aëris in puriorem flammam assurgit, sicq; acrior evadit, sui que potens: dum

à XIV. ad XXV. ætatis annum, scoriis sanguinis & lymphæ in pilos fastigiatis, naturalia promissior pubes, genamque lanugo inumbrat. Quanquam autem floridius serum jamjam ad futuras sequioris sexus cupedias juxta genitalia condatur, copioso tamen adhuc humore calor natat, & proinde temperatior existit. Invitarent equidem nos & Fœminarum mala, quæ à masculorum morbis, itura aliquando in speciei bonum, menstrua discriminant: sed tempori debebunt, quod reticenda ipsarum, silentii populo recondantur.

§. II. Calor ergo æstuantior, nondum tamen totus sui juris redditus, varios homogeneos effectus procudit. Præterea si adolescentibus factis, in speciei materiam, plethora prodigalior sit, nec ad datos stimulos semen genitale arum iniverit, concepto peregrino fermento, variorum quoque malorum ansa fit.

§. III. *Causa* noster III. §. 27. Febres primo loco his ætatibus minatur, easque diuturniores. Quod dubium quidem haut est, in Græcia frequentius quam in Germania accidisse: non tamen fieri aliquando, plane negandum est. Aut enim calor levi data ansa, intra suas undas exæstuat, ubi imprimis præpedita transpiratione fermentum externam sanguinem tentaverit; aut biliosa multa in eo generata, si ea hepatis angustiores aditus excludere neglexerint, accendunt sanguinem, sua adhuc humiditate polentem, & continentem imprimis febrem Puero inducunt. Quod si congesti inferius pituitosi succi, incauta imprimis diæta proritati, sanguinem per certos typos, (quos vel humoris hujus fluxilitas, vel natura ordini & consuetudini se alligans efficit,) ineant, molestæ quotidianæ c. frigore remissiori, durabili tamen, caloreque lento, aliisque

liisque fiunt, noctu imprimis repetentes, quod noctem circa, pituita moveri sivevit: ut ex dolorum quoque per noctem exacerbatione clarum est.

§. IV. Calor porro per ætatem evolutus, humidus tamen, non potest quin turgescens intra suos alveos, vasorum capillamenta premat, unde copiosi cruoris ex naribus cursus, quatenus diducta vasorum oscula, per membranæ obsistentis poros facile exprimunt, quicquid per motum, seu per diætam calidiotem excitum, ad extra nititur.

§. V. In periphæria vero varia hinc inde Phymata luxuriant. Nondum enim sat purus cum calore acri cruor, ubicunque in stagna coactus fuerit, si exacerbetur, inflammata vel carne vel glandula, in furunculos & ulcuscula cutem conjicit: ubi imprimis scabies molesta est.

§. VI. Sed provolutam in adultiorem adolescentiam, ætatem, optimam quidem *Galen*i & experientiæ testimoniis, dira satis fata excipiunt etiam. Indies quippe accrescens calor varias sanguinis exorbitantias cudit: unde &, imprimis per tussim fiens, hæmoptylis. fit enim ut præ copia illabentis sanguinis calidioris, enata quavis occasione, ex motu præsertim, vasa per pulmonem referrentur, aut si *Θina* quædam accesserint, erosi ductus florentem cruorem largius excutiant. Quatenus vero calidus & acer sanguis, erosas fibrillas in ulcus dividit, sicq; putredinem subit, præsto adest Phthisis, continuo stimulo irritatos pulmones ad tussim concitans, siquidem illi heterogeneorum omnium impatientes sunt. Ubi autem purulenta pulmonum, cordis thalamum subiverunt, sanguis fermento accepto, per pulsum frequentem accensum se, sed puris tamen coagulo laborantem prodens,

3. §. 18.

demissus ad fovendas partes, his ipsis fermentum cum alimento illinit. unde omnia æqualiter intemperata evadunt, & calore hectico rarefactum humidum, per apertos poros è marcescente corpore projicitur. Id quod experientiæ assertum, *Cous* quoque annis 18. ad 35. obtinere, ejusque imago *Celsus* reliquere.

Coac. Præ-
not.
L. 2. c. 2.

§. VII. Hæc ut suo talo stant, ita de sacro morbo dubium premit. Hunc enim *Cous* ætati huic III. §. 29. inducit, & *L. de morbo sacro* contrarius sibi videtur: Epilepsiam post 20. annum nisi connutritam non corripere: hinc non ætatis hujus morbum futurum fore. Videtur autem necessum inter constans & transiens malum, insultus epilepticos & epilepsiam radicatam, essentialem labem, & quod per consensum fit, distingvere. Potuit enim fieri, ut seminia primis staminibus confermentata, silentia per puerum, mutatione sanguinis lymphæque per ætatem facta, actuata in morbum eruperint; sicque malum essenziale erit, & connutritum, quod solum, non aliud per essentialiam hoc ævo fieri contendit. Aphorismus vero noster de Epilepsia per consensum accedente loqui videtur, nec de hac ævi parte sed infantibus accipiendus, aut plane pueris, eumque in sensum explicandus quoque *Galenus*, quando iisdem malum hoc tribuit non semel.

§. VIII. Ubi adultioribus porro supine stratum, corpus est, sæpius contingit, ut inutili & spirituosius & copiosius semen castissima stragula inficiat, unde elusamentito amplexu phantasia, postquam per seminis turgescentiam admonita est, spiritusque ad genitalia ablegavit, dilapidatis frustra genialibus thesauris, ex somno collectos cupidine aut indignatione fatigat.

CAPVT II.

SECT. III.

**PATHOLOGIA JUVENUM
ET VIRORUM.**

§. I.

PRODUCTA in Statum Vitæ, morbi quoque ad *duplu* gras-
santur. Calor enim ut liberrimus jam sanguini inces-
sit, calidorum quorumvis morborum faces excitat, cum
non tam crasso humore amplius coerceatur. Equidem
Hippocrates hanc consistentem ætatem omnia gratiosa
habere contendit, oportebat enim ætatum esse optimam,
ad quam per perfectionem Infans Scaligero teste ascen-
deret. Enimvero idem Cous ab anno 14. ad 40. ætatem,
omnium morborum feracem asserit: quod media hæc
sit ætas, sic antecedentium futurarumque ætatum fulmi-
nibus obnoxia, quæ omnia tamen ætatis vigor abster-
gat. Quid quod erroribus ferundis optimam hanc æta-
tem, magis lædi tamen in futurum in propatulo sit, sene-
ctute ejus commissorum peccatorum poenas luente.

Præcept.

Exerc. 6.

Conc. Præ-
not.

3. §. 30.

§. II. Inter morbos ergo, quos *Cous* 3. §. 30. Confi-
stentibus inducit, universaliore primo loco prodeant.
Istiusmodi autem febres sunt. Facillimum autem per-
spectu est, ætatum nullam ardentibus opportuniorem,
quam ubi ignis, fermentationum, ut omnium, sic & suc-
ci vitalis patratòr, nuda quasi fronte in sanguine ge-
ritur. Qui si leviuscule errori obnoxius reddatur, vel
per fortio rem corporis mentisve motum, vel per dia-
tam calidiorem, vel ipsis auræ iuriis exacerbatus, non
mortalium bono, ut Campanellæ visum, in sanguinem

militat, sed humores vitales in dubiam & ut plurimum periculofam fermentationem p. n. conjicit. Aucto intestino motu non in oscillis hærens cruor inflammationem subit, sed totus sanguis in calorem p. n. offeratur, qui ipse calor, ne cum Hogelando causam morbi cum ipso morbo confundas, formalem febris rationem constituit. Efferrato igitur calore, sicque etiam locali sanguinis motu aucto, (non vero ex M. S.^{ea} coagulata conaminibus, ut Jacob. Sylvio juxta & Cartesianis creditur) Pulsus celer, & frequens redditur. Quemadmodum vero ab aliis causis procataceticis, Synocha quoque putres dictæ & sangvineæ fieri possunt: ita ubi ex ætate virili febris est, Causus esse consuevit. Ulti de hisce omnibus sufficientissima apud *Dn. Præsidentem Tr. de curat. febb.* hauriri queunt.

§. III. Sanguini autem flagranti incoctum magis ferum, sicque per sua coagula sanguinis impetum localem, refrenans, per pulsum dolose ad naturalem statum effectum, malignitatem ardentibus inducit. Pariter vero ubi caloris omnis impetus superna subiit, spiritibus in ferociam actis, vel in motum turbulentum præcipitatis, delirium cum febre ferox, Phrenitidem vocant, urget. Primaria enim cum rarior paulo sit, sufficiat secundariam laudasse.

§. IV. Idem esto quoque de Veterno judicium: hic enim ut ætatis dispositionibus fiat, symptomaticum esse accipiendum est. Siquidem ubi Phrenitis ægrum die septimo non sustulerit, sæpius resolutus in Tabum sanguis, palantes spiritus difficilimo sopore mergit. Sanies enim isthæc, quæ post mortem quoque patuit, cerebrales poros copiosius implens, inextricabiles spiritus reddit: quin lento calore corporis reliqua ustulante, absterfis ideis, quæ

æcon, animal.

in Ideæ febb.

quæ in memoriam confluxerant, letho tandem ab hoc fratre suo traduntur.

§. V. Sed & ad Thoracem uredo deviât. Prona enim ætati huic febris, rheumatismo mediante, si ad pulmones vel pleuram, ignitum sanguinem rejiciat, utrinque inflammatio, facta inibi *σάσις*, exardescit: illam Peripneumoniam, hanc Pleuritidem vocant. Non movebimur autem ideo in pulmonem ipsum Pleuritidem rejicere, quod via non sit, unde pus, à quo una salus, ex pleura in asperam arteriam confluat: Præterquam enim quod confiteamur ipsi, compati cum pleura pulmones, sensus etiam exquisitissimus evincit, revera inflammata esse membranam; Viam quoque puri per *διαπύδνασιν* ex pleura in Pulmones, omnino admittendam, summus *noster Wedelius*; attenuato vero prius discutientibus, *in pathol.* per resorptionem redeunti in venas; & per illas in pulmonem tendenti *Dn. Præses aliique* monstrant.

§. §. VI. Combinata porro cum febrili quoque æstu Dysenteria, (non epidemica quæ omnes ætates exercet, sed sporadica saltem) perpetua egestionem ventris infima sollicitat. Quod autem biliosum multum venis insit, ex dictis patet; hoc, ubi per succum horariarum dapum cumulatur atque exstimulatur, vel sponte per copiam in motum conjicitur, uti alias, sic & dysentericam ipsam febrem patrat. Mota sic in undis copiosa bilis, in multum quoque hepatis excrementum à vasis separatur. Separata hæc, acidoq; primarum viarum juncta, per stimulationem fibrarum, intestina ad contentorum effusionem adigit: mixta hinc per chyli vias sanguini, Lympham fundit copiosius, quæ à glandulis deinceps intestinalibus eliquatur: donec con-

tinuato

tinuato stimulo ipse sanguis nimium fusus, è corpore cum torminibus eat, sicque Dysenteriam rubram constituat.

§. VII. Hærentibus autem in febribus, Galenus quoque Tertianæ mentionem injicit. (Itidem sporadicæ in mente habeo.) In continuis, continuum erat quicquid in vasis sanguinem ad fermentationem p. n. civerat; Hic vero multa biliosa in primis viis congesta, à fermenti syn-
crasia vel naturæ consuetudine, alternis diebus in vasa trunduntur. Bilem ipsa ætas largitur, acidum vero recrementitium ex mala diætâ num addendum sit, nondum, sat certis experimentis constitutum est. Biliosum vero multum Tertianæ damus: unde enim calor tantus? & cur non idem in quotidiana vel quartana? & cur in viros, quibus copia bilis est, quoque imprimis hic affectus defævit.

§. VIII. Ab universi corporis fatis, ad partium morbos appellimus. Illabens igitur per pulmonalem arteriam sanguis calidior, turgensque implendo copiosius pulmonem, vesiculas spiritales comprimit, sicque dato aëri minori & parum sufficienti spacio, Asthma huic ætati visum est haud infrequens. Quod tamen etiam à tartaro, pituita, tuberculisque, monente Hippocrate, provenire, notum est, sed non uni huic ætati.

§. IX. In infimo ventre varia quoque bilis peccata sunt: hæc enim vel sponte, vel ex diætâ proritata, intestina in spontaneum fluxum sæpius extimulat; vel si volatilior magisq; elastica sit, confluyente imprimis ex diætâ acido rosivo, regurgitans in ventriculum, utrumque ejus orificium rodit, ita ut ambo *αὐτὰ καὶ καίτω*, id quod fibras molestat, excutere nitantur, sicq; cholera humida confiat.

§. X. Haud raro etiam æstuans ad anum floridior

ridior sanguis vascula hæmorrhoidalia perforat, vel affusa huc cum scybalis acrior bilis, ex erosione venis elicit eum. Sicubi autem crasior est sanguis, rodens quidem, membranam tamen non transiens, cæcas hæmorrhoides constituit.

§. XI. Lienteriam demum Virorum morbis Cous adsociat. Eadem vero crudorum intempestiva effusio, coctionem ventriculi impeditam, intestinorumque male rugatam tunicam arguit. At unde Viris morbus, calorem viscerum & totius valentem servantibus? Non est dubium ex prava diæta conflare hoc malum, corrupto fermento vel obtuso, nulla enim ætas gulæ obediens est: Observatum vero etiam Dn. Præsidi colendissimo, magis obvium in infantibus puerulisque, quam viris esse affectum. Si tamen & his accidit, dicta de causa natura sui impotens in succum viscidum pituitosum assumpta vertit. Hic ubi ventriculi ac intestinorum parietibus affigitur, omnia ingesta per levitatem partium continentium, dum pituitæ copia coram ventriculi fermentum interfecit, indigesta manere necesse est.

CAPITIS SECUNDI

SECT. IV.

PATHOLOGIA

SENIUM.

§. I.

Atas nostra, progressus ad siccitatem Pareo rite audiens, facile persvasit Hornio, Senium in mortem declinationem esse. Quod tamen non decrescens cordis

Introd. ad
Chirurg.

arc. mos.

D

pon.

de tuend.
Sanit. l. 6.

pondus; hæreo an lucis per induratos poros prohibitus illapsus, ætati consistenti circumfundit: Vitalis enim flamma sensim emoriens, vividumq; fluidum inutilem seri vaporem deferens, naturalem huncce morbum, (uti *Galenus* Senectus audit) corpori inducit. Hinc deficiente calido, humidoque succulento perduto, quod in vasis subtilissimum calidum sensim disperfit, ad sufficientem machinæ motum, in spiritum animale per cerebrum iusta copia subtilisari nequit, unde hic ipse decrescit & sensim imminuitur. Et cum omnis calor à sanguine sit: hoc absumpto, vigor viscerum coquentium separantiumque exolefcit, indeq; quicquid pituitosum vel vtrumque è cibis evolvitur, poris sponte subsidentibus retentum in corpore, varia Senum mala patrat.

de aff. Senum præcav. & curand.

L. de 70.

vid. Hipp. Sect. 2. §. 39.
Galen. L. 2. §. 40.

§. II. *David de Pomis* omnes Senum morbos calori depresso imputat. Nos III. §. 31. Cum audientes, affectusque Seniles omnes perputantes, omnes tales Senes acri tenuique sero abundare existimamus. Ut enim in his, caloris impulsu cessante, motus humorum debilior est, hinc acrescens sponte quasi serum, ex coctionum vitiis multa fæca feculenta trahit, unde varia quæ partim sequuntur symptomata, cunabula acquirunt. Præterquam enim quod ex accidenti sæpius aliis quoque morbis defungantur Senes, uti apud *Helmont*. Lumbricis; præterquam quoque quod ob religiosiorem diætam dispositiones suas hæud rarò coërceant, ut plurimum tamen in dicenda mala labi solent.

§. III. Summa regio vertigine turbatur. hæc ex spirituum inordinato in oculum influxu fit, quatenus debiliores illi non sufficiunt, aut lymphæ vappescentis habitibus rotantur. Si vacuo quidem stomacho contingat, (quâ

(quâ ratione tamen & virili ætati non parcit) hujus per nervos evibratos vapores accusat, si repleto eodem, ob locale vitium ipsius cerebri, apoplexiam promittere consuevit.

§. IV. Hanc autem Apoplexiam optime *cum Willisio* ab inopia spirituum, sicque eorum impulsu deficiente deducere possemus: addimus tamen, nervorum à lymphâ viscida oppletionem basialem in cerebro, tale quid etiam efficere toto die solere. Hæc enim in nervorum tubulis gelatinascens quasi, porosque cerebrales compri-
mens, *Ω*us animales sensus ac motus diribitores ab influxu ad partes arcet. Quodsi vero nerveis fibris, in alterutrum cerebri per spinam dorsi defluentis, caudicem coëuntibus, obstructio talis contingat, opposita pars Paralyfi solvitur.

§. V. Spirituum etiam debilitati imprimis *ἀρρωστία τῆς διαύσεως* debetur. Ideæ enim ingerendæ spiritibus, ab eorum debilitate excluduntur. Hinc est quod *Willis de anim. brut. part. 2. c. 13.* imaginationis & memoriæ labem hic accuset. Amisissis enim ideis, secundum quarum tenorem phantasia noviter affluentes dijudicare posset, quæcunque sensus communis detrito judicio offeruntur, juxta spirituum imbecillitatem perputantur.

§. VI. Molestissima senibus *ἀγρυπνία* quoque est. Hanc vero imputabimus, partim svavibus halitibus lymphæ roridæ deperditis, partim curis, quibus supra modum senes animum sollicitant. Raro enim in deliciis & cum vitæ commodis svaviter viventes iis infestari contingit.

§. VII. Oculos inter alia varii affectus quoque obsi-

dent. Debiliior enim spiritus retinae incumbens, & coeuntes per vappam oculi humores, visum hebetant. ubi quoque, si crystallinus humor concretionem moliatur, Glaucoma instare, *Galeno de usu part. l. 10.* credimus.

§. VIII. Aures vero *δυσκουαία* tardat. Ubi enim excrementitius udor meatum auditorium obsidet, aut adhaerens lymphæ pituitosior tympanum incrassat, aut imminutus spiritus, nervum oticum parum vigorat, parum soni ad phantasiæ tribunal admittitur.

§. IX. Ne mireris igitur lemas excrementitias oculum foedare, & per molestos rivulos liquatam superne pituitam, nares osque perpetuo irrigare, *δυσπνοία* pulmonem tardare, catarrhos, tussesque concitare: cum blanda sua vitalitate exutum serum, multis *Θίνις* se ingerentibus, suo decubitu hæc omnia Senibus inducere, sit quam aptissimum.

§. X. In ultimo vero ventre, exsoluto Spincteri debitam *□æ* incontinentiam, & à *¶æa* feri falsedine affricam canalibus stranguriam offendimus. Quid? quod frequentem quoque *□* suppressionem in Senibus videamus, indicio debilitatas vesicæ fibras, ob *Ω* imminutos insufficientes, liquori exprimendo non sufficere, vel à *¶o* quoque aut calculo fieri remoram.

§. XI. Renes præterea calculus obsidet. *Galenus* equidem *Coo* controversiam movet, asserens: Senes non facere lapides, quod calorem non habeant magnum. At calor non universi, sed renum, calculum ferruminaverit. Largiamur ergo calorem universum in Senibus minutum, arenulas tamen, à cibis potuque reliquas, à copiose collecta pituita *¶æa*, per senilem vesicam in grandiora saxa conglobari, nec experientia, nec rationi contrarium est.

est. Quin sæpe virili ætate concreti, senium turbare calculi videntur, latentes eo usque, vel sensim per illam accretionem majori mole tum denique molestias inferentes.

§. XII. Præterea fusi ventris mala varia Senium exercent: quæ omnia tam directo quam indirecto stimulo debentur. Congesta enim ex cibis acria pituitosa liquamina, anum fusius admonent: ac debilitatæ intestinales fibræ invitæ etiam jussibus stimuli auscultant.

§. XIII. A partibus ad totum regredimur. Hoc frequenti Cachexiâ, per suppressas calidas, evectas vero humidas excrementitias partes attollitur. Calorem ætas extinxit: pituita ex debilitata viscerum coctione & separatione congesta est: hæc per Θina multa in vasis fusa, facile copiâ sui suos ductus premit, acredine sua rumpit, ut in tumorem imprimis pedes extollant se; torpidiori vero circulo asthmata & alia adducit.

§. XIV. Idem Corpus Marasmus extenuat. Sangvis laudabiliori sui parte absumptus est, nec chyli accessionibus ob malas coctiones refocillatus, feri gluten diu in auctionis munera concessit: Hinc alibili parte deficiente, muscoli resiccantur, donec sanguis sensim imminutus nec pulsui, nec Vitæ sufficiat.

§. XV. His annectendam quoque Quartanam reor. frigus in ea intensissimum, debiliore calore subsequo, fortio-rem sanguinis fixationem accusat. Hinc cum multa acida vappâ ætas isthæc obruatur, si hæc collecta in primis viis vel per consuetudinem naturæ, vel quod istud fermentum omnium tardissime movetur, post duos interjectos dies sanguini invehatur, coagulando sanguinem, frigus; ex ignearum particularum dedinde lucta, calorem hinc excuscitari constat.

§. XVI. Effusa superficietenus Osedo lymphæ, molesto pruritu externas partes titillat. Unde Scrotum, Dorsum, imo tota fere cutis arrosis fibrillis nerveis, molestum talem sensum percipiunt.

§. XVII. Processuros ad curationem, juvenularum querelæ morantur. Dolent hæ inutilis senis sui frustra-
neos amplexus: patentes in æm noctes, frigido, aut ad titillationem haud sufficienti basio falli, culpantque cum Scaligero calorem emortuum, quod afflatu suo, id per quod voluptas derivanda erat, ægre vigoret. Quæ senum impotentia, si sicula non attollatur, vitali igni spiritibusque deficientibus, sæpe vero etiam tædio rerum venerearum omnino deferenda: roris vero genialis paucitas, deciduo jam diu lymphæ flori attribuenda est.

§. XVIII. Et hæc sunt, quæ tanquam frequentissima in scenam ducenda erant. Jam vero non opperientes, quid nobis objici queat, ipsam occasionem dubitandi amolimus. Scil. esse hos ætatum morbos, quamvis non omnem in ætate degentem sui morbi occupent, adstruimus. Omnes enim temperamenta sua rite servaturos, nisi idiosyncrasia extraordinarii quid invexerit, hisce morbis fore opportunos credimus: quæ temperies autem si per diætam, vel morbos pessundata fuerit, alios quoque morbos corporibus induere poterit, qui non ætatum æque fuerint.

CAPVT III.

THERAPIA AETATUM.

SECT. I.

THERAPIA INFANTUM.

§. I.

Occursuris jam ætatum morbis, ab ovo iterum ordiendum est. Facillimum foret equidem conuasatis ex Practicis variis arcanis in hostem ire : & forte victoriam intendentes, solis Wedelianis armis instructi prodire possemus, quibus jam toties campis exui hostis consuevit : nisi & alia considerare juberet præsentis instituti ratio ; In honorem tamen Præceptoris eis præcipue pugnabimus. Recte igitur cum Mercuriali manum Infantibus haud denegandam censentes, primum est, ut absteriso meconio multorum necessitatem occupemus. Hoc autem, Colostrum *Plinii l. 28. spigel. de format. fæt. c. 3.* svasu, vel mulierculis nota alia, vel Gallorum, apud Infantes cochlear vini effecerint. Quod si vero eodem intra corpus retento, Jæterus ad superficiem effundatur, quo & embryones laborant sæpe, ex Sylvii præscript. gr. j. croc. c. lacte dato, aut rhabarb. nutriti, fugari assolet.

§. II. Lac non nisi cacochymicum & consistentia peccans Infantibus denegabimus. Pulverem vero farinaceam à *Welschio de Vena medinens. f. Dracunc. veter. Hildano Cent. 6. obs. 34.* aliisque rejectum, subacto cum lacte similagineo pane, commutare, vix esse opus arbitramur, nisi in tenerrima Infantia nutrix deficiat, cum maxime conducatur, vel à pueritia robusto ac solido cibo advescere.

§. III. Jam vero inoffenso pede ituris, de universalibus summovenda dubia sunt. V. S. num tenellis quadret dubitari solet. Galenus eos, quos quartusdecimus annos nondum habet, sicuti & Senes ab ejus usu arcet. Eadem mens quo-

4. de rat.
vict. in acut.

Trincav. de
rat. cur. hu-
man. corp.
aff. 2. c. 20.
Ballon. 1. e-
pid. & e-
phem.

Tr. de febb.
Sect. IV. c. V
p. 178.

quoque Victori Trincavellæ, Ballonioque sedet. *Rolfincius Je-
nae medica olim Jubar, Ord. & meth. Comm. IV. Sect. II. cap. IV.*
dandum aliquid climati, nostris vero non ita convenire re-
putat, memor excelsi *Celsi* monitis l. 3. c. 7. parcius Infantibus
agendum esse, non facile sangvinem mittere, alvum ducere.
Enimvero si elegantissima *Celsi mei* L. 2. c. 10. perspicis peni-
tius, hæc capis: interesse scil. non quæ sit ætas, sed quod ro-
bur sit, cum præcipue in hoc ars sit, non quæ annos numeret,
sed vires æstimet. Celebris sua praxi *Sydenham*, felicissime
venas Tenellorem ad indicationes datas pertudit. Et quid
multis? *Insigni nostro Wedelio*, (cui Valetudinem, imo Vitam
debeo,) bini sex annorum Pueri, alter melancholiæ, alter ar-
thritidis depulsionem per venæ sectionem debent. Quid?
quod *Horstius*, *manuduct. ad medicinam*, Variolas epidemias
sui temporis citra V. S. depellere haud potuerit.

§. IV. Purgatio, quod corpus desiccet, quibusdam fu-
gitur. Præterquam autem quod clysteres optimi semper
atque omnibus visi, ipsa quoque gialappa sæpe infantu-
los ad suavem soporem composuit. *Vid. amæn. mat. med.*
pag. 271. Opiol. p. 38. Uti ergo leniora catarctica, imprimis cum
§ *nat. propinata* eximia consueverunt esse: sic à dulcibus
purgantibus, quæ bilecant vel acecant (unde lactis coagula-
tio, nervorumq; distentio) *Ludovici* svasu *Pharm. Diff. 1. de med.*
manus cohibendæ sunt; *Rulandi* quoque muscerdæ ob sor-
ditiem *Thesaur. l. 3. ad dulcia* relegandæ.

de med.
purg. simpl.
c. 18.

vid. Opiol.
p. 38.

§. V. Emeticum frustra Fallopius ob puerorum pusil-
lanimitatem refugit: quum maxime dispositus ad inversio-
nem infantilis stomachus, sicubi lactis coagulo, vel aliis pi-
tuitosis onustus sit, sextam vel octavam grani de ♀o emet.
partem, cum emolumento ferre solet. Raro tamen iis u-
ti opus est, ob eandem dispositionem, qua natura sponte
hæc solet in mediocriter valentibus exturbare. Commode
etiam Sirup. emeticus componitur Crocum metallorum,
cum Sir. Rubr. id. fermentando, qui dosim paulo largiorem
admittit. Ubi ergo horum omnium indicatio futura.,
probe

probe infantiles vires pensitando, imprimis in Infantibus quos adhuc Nutritionis anni habent, circumspectius agendum est.

§. VI. Restat Galium, opiatorum, aliorumque ficcantium usus. Galia equidem, quamvis nervis inimica nimisque ferum fundere videantur, quod in auctione natura impensura erat, non videntur tamen plane neganda, etsi *Timeus Respons.* 43. ab eorum usu in Lumbricis Epilepsium observaverit. Opiata vero si caute dentur, seu liquida seu sicca in magisterio, refracta, ceu sacram medicorum anchoram Infantulis non eripiemus. Attamen in debilibus ab iis cavendum est.

§. VII. Hydrocephalus primum debellandus est. Externum, ex tumore æquali indolente cognoscimus: difficilius vero internum, & non nisi ex aliquali duriori capitis tumore, qui circum futuras mollescat, Lethargum magis vel apoplexiam, quam curationem subientem: trepanum enim cranii mollities respuit. Cujus in locum terebra, qua & alias Celsus usus est, substitui posset, acus in modum lævis, qua pertundi vel duram menyngem citra periculum posse existimaverim, si de cerebri læsione evitanda securi esse possimus. Externus *Scal-*
sin transpirabilem reddentibus, vel lympham in vasa, vel ad extra ducentibus auscultat. Optimum ergo est purgare ex gialap. cui parum *℥ij* diaph. adjectum sit; hinc diuresin movere *℥j* *♂*, *cacheetic.* 69. & tantillo *arcani duplicati* permixto; postea temporibus *empl. diaphoret. c.* *℞ succin. parum*, vel capiti *Catapl.* dare, quod *ex rad. Ireos summit. anethi. mellissa, flor. chamom. sambuc. sem. anis. fœnigrac. bacc. laur. G. sandarac. thur. succin.* per coctionem cum Vino subactum sit; aut suffitum adhibere, vel ultimo refugio ad Nucham setaceum deponere.

§. XII. Suetio si per labia impedita sit, sectione curanda. Ranula non incauta obstetricis manu, sed forcipe, vitando nervos & arterias, expedienda. Nares vero, si per mucum spiritum coerceant, aquâ majoranæ externe applicata curandæ.

§. XIX. Aphtas ▽ *fragorum* vel *✠*, in quod *viridia*

nucum putamina abstersivas suas vires deposuerunt, vel melle ros. adde ̄. Olei parum, it. sirup. mororum c. penicillo applicat. non omissis purgantibus tolles.

§. X. Vigiliis, si cum vagitu ducantur, vacuato per purgantia cum ̄i nat. ventre, conficies. Præstantissimus quoq; Excell. Dn. Præf. experiētiā est pulvis in Ethmull. Valetud. Infantili descriptus, siquidem & torminibus, & si quis est affluxus materiæ acris ad caput, ̄. perpetuo agitans, optime succurrit. Hinc dandum ex cephalicis & emollientibus clyσμα, ad cuius ̄iij. ̄. rut. mel. anthosat. sacchar. thom. sufficienti quantitate adjicias. Capiti & nervoso generi potiunt. cephal. cum ̄e epil. March. succin. preparat. ̄i nat. & theriaca parum prospiciet. Cautius in vigiliis cum opiatis agendum, ut supra diximus, posito enim uno indicante opii, fortius est contra indicans. vid. Wedel. Opiol. p. 444.

§. XI. Pavores, ut Epilepsiæ metum incutiunt, sic cura parum ab illa distant. Respiciendus autem infimus quoque venter est. Igitur ex usu erit cum ̄i purgare, hinc ̄ bez. Ludovic. c. specif. cephal. Mich. aut ̄i nat. it. ̄ epilept. march. in potiuncula ex ̄ fl. til. Lil. convall. Ceras. dare, aut ubi calor simul subsit, Mixt. simpl. conjungere. Incubum vero eadem antepileptica, præ omnibus illis, quæ incondita muliercularum superstitione cunis ingerit, fugient.

§. XII. Aurium humentes sordes purgantibus, & hinc Essentie Succini, Ræ bez. tanquam lymphæ prospicientibus, obediunt, sed valde dilutis, aut refracta dosi, cum pueri talia tanquam ingrata repudiant, nec ferat eorum tenerior natura hæc violentiora, forte solis leniter siccantibus contenta. Intertriginem etiam ̄ ex ceruss. lap. calamin. fl. ros. rubr. fl. ̄. Cc. ust. (quibus perperam Ethmull. addit croc. ̄ ex ̄lo ̄. it. ̄ Olei dulc.) sustuleris; ungi vero noxx est.

§. XIII. Tussim expugnat facile sirupus violaceus, vel trochisci becchici, vel glycyrrhizæ succus. Fortiora enim ut modo dictum, tenellæ ætati non temere propinanda. Pulveres quoque pectorales, Spec. diatr. cum ̄ diaph. oc. ̄ & c. faciunt

unt officium. Ubi autem cum catarrho crasso tussis est: sperm. cet. gr. aliquot, quæ ut plurimum Infantibus vomitum salutarem movent, & jungenda. At ubi tussis convulsiva magis est, liquor C. C. succinatus, Sal succin. vol. & nat. c. & pect. vel mag. anod. usui erit. Ultra vero Potiunc. ex ∇ tussilag. hyssop. marrub. veron. oxymel. squill. & sirup. pect. à dulcibus abstineas. Si ungi proficuum videbitur. ex ungt. alth. rubr. potab. add. $\odot$ amygd. d. vel. al. linimentum confieri potest.

§. XIV. Umbilici inflammatio tractanda cautius est. Eadem vero suppurationi permittenda non est. quin tentanda diaphoreticis nutrit: externe, svasu Mercurialis, $\odot$ rosac. Inmbriat. cui postea $\odot$ chamoem. anethin. & c. addideris, illi nendum. Sin à male secto umbilico, subtus caro procubuerit, Celso jubente, in puerum differenda sectio est.

§. XV. Vomitiones crebriores opem non minus exposcunt. convenit autem stimulo per eff. theriac. anod. paucis gr. satisfieri: effusum vero in vomitus ventriculum & e stomachali ex Mastich. ∇ catech. Lemnia, sang. Drac. sach. ros. tab. c. theriac. Andr. contrahi exterius hinc, regio ventriculi ex $\odot$ Nuc. Mosch. express. c. $\odot$ mac. anis. aneth. & c. ungi, sacculoq; majoris minorisve apparatus tegi, acriora vero ut & emplastra ob cutis teneritudinem vitari.

§. XVI. Tormina sicubi c. contumacia alvi sint, purgante, vel clystere cedunt. vid. amœn. Mat. Med. p. 360. Ubi vero viridia multa simul descendunt, alvusve cum multo spiritu redditur, Pulv. Ethmull. supra commendatus & inunctiones cum $\odot$ anisi sufficiunt. It. & diaph. (quod præferimus $\odot$ fulmin.) & nat. conch. c. mag. anodyno; venter ol. Wed. polychrest. cui gr. j. Zibeth. l. ol. mac. & c. adjici potest, inungendus.

§. XVII. Dentitionis difficultas vel per se facilitanda, vel quoad symptomata observanda est. Hinc ut erupturis dentibus via detur, maxilla fricanda est ungt. alth. c. ol. amygd. d. c. vel s. ol. ligni rhod. gingivæ v. à mulierculis cum sanguine è crista galli, vel leporino cerebro unguntur, callosa gingivarum scalpello superantur. Motus spasmodici si simul sint, aut ipsa

epilepsia urgeat: *Sal vol. ol. cephal. ex plantis paratum D. Præfidis, cum Mist. simpl. ess. castor. vel. liquor. cephal. D. W. ♀ epil. March. c. ♂ nat. ♀ bez. usui erunt.* Sin alvus fusior descendat, non statim supprimenda est, si calor vero simul sit, theriacalia cum *Veis* optima esse consuevere.

§. XVIII. Hinc febres etiam, seu dentitionem comitentur, seu aliunde exardescat sanguis, bez. confortantibus cedunt. Neque tamen fortioribus opus, solum antimonium diaphoreticum Matriale quod vocant, ex observatione Dn. Præf. tenellis, & injucunda cum nausea recusantibus in potu, non advertentibus datum, plerumque sufficit: etiamsi ex intemperantia & ventriculi repletionem (quod sæpiissime accidit) febricitent. Potest tum etiam *pul. Bez. Ludovician.* locum invenire, addendo in dentitione, si spasmi sint, *♂ nat. & tempora bals. confort. ungvendo.*

§. XIX. Epilepsia, Celsi effato haud ægre finienda, si ante pubertatem orta sit, duplex esse solet. Si enim citra tormina prægressa, & per typos certos fiat, imprimis ubi consuetudo naturam ad Lunæ phases coëgit, & ubi superiora magis convelluntur, essentiali capitis labe fieri credas. Sin per consensum fiat, aut M. Sææ despumascenzæ occipienti deberi solet, aut ex infimo ventre, multis biliosis scatente confit, quod imprimis tormina vel dejectiones testantur: vel etiam ab aliorum viscerum labore pendet, vitio facilius subjugabili. Illa vero, uti ætatis, loci & victus mutationi auscultare *Hippocrati 2. §. 45.* dicitur, sic ubi in alias ætates porrigitur, rebellior exstat. Quemadmodum autem plurimi Infantum morbi oriente pube, vel primis coitibus, occidunt: sic & epilepsiam juxta ætatem hos articulos terminari sponte, Willis auctor est, *de morb. convuls.* quod hoc tempore mutatio toto corpore fiat, particulis spirituosissimis non solum in cerebrum, amplius, sed in testes quoque concedentibus: quid quod fermentum à testibus in virtute feminali imbutum, in M. S. redundet, eamque vegetet, eodem *Willisio* autore. Utramque igitur epilepsiam edomant, tum paroxysmo, tum morbo debita

bita. Ibi excitandus Infans est, per *U*uosa odora quibus & bregma permadeat, ex *U*apoplect. sal. vol. modo citat. oleoso, vel inungatur cum ol. rut. salv. succin. addito *U*Θ*ci, hinc injiciendo Clyisma ex plantis cephalicis emollientibus nervinis. Si quid ori ingerendum, pulveribus epileptico March. & aliis supra laudatis, (quibus additur pauxillum opiatorū, quale & Theriaca,) cum oleo anisi, & Cinabari nativa, utendum est. Vel etiam potiunculis ex aqua flor. Tiliæ Lil. convall. Ceras. nigr. imo pulveres miscendi, addendo sir. de Pæoniæ, si opus, cum spirituosis refracta dosi. Morbo ipsi occurrunt extra paroxysmum: *A*quæ *U*ose cephal. it. *U*Θ*ci Vinos. cum ess. castor. it. M. S. Vol. R. ♂ volat. Liq. C. C. succinat. Michael. ess. myrrh. & c. hinc præter vulgo laudata: ungu. ulc. visc. quern. dent. hippopot. addita ♀a, tum purum ♂ii, tum ♂ii: vid. Pharmac. agroamat. p. 503. item castoreum cum præcipitantibus omnis generis: in potiunc. ex *U*ceras. nigr. compos. epilept. Lang. lil. convall. salv. & c. ♀epil. March. cum sirup. pæon. vel stoech. arab. Opiata quoque *U*us iterum unientia, impr. liquida &, si sanguis nimis volatilis in causa sit, cum *U*u ♂li volat. quoque utilia sunt maxime, si epilepsia interna magis sit cum torminibus. In Epilepsia per consensum, mandanti parti etiam Vesicatoria quadrare, *L*ib. de med. facultat. p. 55. *M*agnif. *W*edelius autor est. Purgandum vero utrobique cum ♂i est. Quadras Lunæ optimum est Clystere, imo, si essentialis magis sit *U*Θ* simpl. vel aniseto anteire: ex quo quidem concutiuntur Infantes, sed id bono esse consuevit. Commendatur ab aliquibus Lacrima cervi. Hæc qualis sit, in nupera Cervini capitis analysià *M*agn. Dn. *P*res. instituta patuit, odore præstantissimum magma, quod vini spiritum sua fragrantia imbibit, & non contemnendam de se spem facere videtur. Pigriorem alvum vero Laxantia nutriti data, vel Infantulo clyisma, solvunt, respiciendo semper ad convulsiones: Hinc purgari ex usu erit, vel cum gialap. interius, vel exterius cum ungv. de arthanit. cui aliquid pingved. anser. vel ol. jasmin. adjectum sit. residuum quoque à clystere in catapl. reductum abdomen optime muneris alvini admonet.

§. XX. Tonsillæ sudoriferis discutientibus lenioribus: ℞ diaph. CC. ust. cum extr. anod. gr. $\frac{1}{4}$. ℞. lituque externo ex oleo amygd. d. detumescunt.

§. XXI. Strumæ, si ex mesenterii impr. labe sint, optime ℞bus curantur, impr. vero R. ℞ balsam. Wed. ess. succin. item diuretica, arcan. dupl. ℞ ad strum. Helmont. aliaque bono sunt: si modo in tenellis satis commodè hæc propinari possunt. Exterius præter ol. ad scrophul. Helmont. quod Lib. Wedeliano de medicamentor. composit. extemp. p. 187. commendatur, non erit de nihilo, ex mastiche, thurc, myrrh. succin. cum ℞ rectif. ℞ latus Ω , calide cum linteis dandus; usus quoque eximii sunt ol. sapon. sabin. spica ℞. petra, philos. it. empl. magnet. Sal. cum empl. de ranis cum ℞io. Defuncti phthifici quoque manus, Ω uum affluxum inhibitura admoveri solet.

§. XXII. Mobili rotundoque tumore ex alis inguinibusque emergens Bubo plerumque sponte recedit, sin, ut omnes similes auctæ magnitudines, discutientibus pulvisculis & diaphoresi adjuvantibus abigere, admoto empl. diach. s. c. melilot. cui parum olei scorpion. adjectum, dissipare, aut catapl. noto mulierculis ex farin. lin. cum ol. lin. & melle suppurare convenit.

§. XXIV. Cutanæ impuritates, in his rectius tolerantur quam corriguntur: & solent fere à medicamentis compressæ, varia mala mox inducere, & sæpe letho tradere innocentes animas. Est enim hoc naturæ opus despumante sensim impuro sanguine, huc ut commodissimum in locum, fordes illas deponentis: quam nec externis adhibitis, poros constringentibus, nec internis turbare convenit, operi suo intentam. Si tamen nimia in hoc sit, ut dolor, pruritusque quietem infantibus, matribusque hinc adimat, expurgandum sirupo rosaceo, manna, Gialapii pauxillo, etiam cum C. C. ust. miscendo vel pilula aloetica (ex Ludovici consilio) in lacte materno soluta, aut si adultiores sint, foliorum sennæ decocto ad cochlear. unum vel alterum convenit. tum absorbentia & diaphoretica dare, martiale cachecticum imprimis, & externe unguento ex vitellis ovorum parato crustas sine ulla percussione aut
ad-

adstrictione pororum tollente, tentare. Lactumina exter-
nis siccantibus extirpanda, scil. ♀ lap. calamin. Tut. myrrh. lact.
De ceruss. CC. ust. fl. Δ. & c. In Achoribus v. lavandum cum lixivis
caput, hinc purgandum, ungendum ungt. diapomphol. alba
campborat. populeonis, quod optimum, cum ol. nicotian. Θe ♀i,
vid. Ettmull. Valetud. Infant.

§. XXV. Pulmones ab infarctu, asthma producente li-
berantur per diaphor. resolventia, v. g. Ω Θ* anisat. & elix.
pect. quod instar omnium est. in potum instillando; pulv. pectorali
sperm. cet. spec. diair. oc. ℞ cum ol. foenic. jungi facile est. hinc
purgandum, thorax ungt. alth. vel alio ungendus.

§. XXVI. Lumbrici, acribus, amaris, ☿eis, siccissimis,
tanquam putredrini obfistentibus fugantur. Decantatissi-
mum est fantonici semen, quod in decremento ☾ porri-
gunt mulierculæ. Ex amaris quoque cognatum huic
absinthium & ex eo parata, notiora sunt quam ut com-
mendari prolixè desiderent; Myrrha quoque ejusque essen-
tia, & alia in promptu sunt. Purgantia quoque amara as-
socianda, quorum necessitas est. Ubi imprimis Rhababa-
rum laudatur. Ex terreis C. C. ustum & Corallina primas
tenent, quæ resolvunt in primum ens mucosos lumbricos,
ut amara enecant & fugant. Salina etiam locum habent,
unde Pulvis ex arc. dupl. sem. fanton. corall. præparat. cum
myrrha addita evadunt. Adstringentia quoque fortiora pro-
sunt, R. scilicet Martis, absinthiacæ præprimis, cum essentia
Myrrhæ R. Mæbii ipseque Oli Ω huc referenda. Et
hinc est, quod empiricus quidam, in Belgio degens,
Ω suum ☿is tanti facit, non sine causa, etsi illum hæc
lateat. Neque ☿ialia sunt nullius usus, & addi pul-
veribus cumprimis cinabaris meretur. Hic enim servus
fugitivus, ejus parens, omnium corporum facillime re-
solubilis, omnia resolvere præ aliis aptus est. Oleo quo-
que absinthii & tanaceti ventrem oportet ungi, vel ungt. de
cyclam. cum ol. colocynth. camphora, vel aliis quoque. abstinen-
do à dulcibus, quod contra Scipionem Mercurium, de ob-
stetric.

Petric. notandum erat. Ascarides Clyster cum sacharo & melle suffocat, vel balnei ingressus ex scord. abrot. centaur. min. præmissis internis balsamicis dictis, interimit. Crinones internis *ſbus*, aperitivis, ipsisque anthelmint. abolentur. *Tinct. it. ſ cum arc. ſi*, *Tinct. corall. elix. P. P. ſle eff. myrrh.* cedunt: externe vero balnea vel ex ∇ *simpl. cui parum mellis adjectum est*, vel ex abrot. siderit. ruta conyza cærul. ex usu sunt, aut unguento ex bryon. & melle dorsum fovendum, radendo hinc scalpello tergum: aut *Timei* ∇ *aloet.* indies adspargendo: non vero decocto *ſii vivi*, tanquam nervis inimici, per balneum utendum est.

§. XXVII. Vesicæ lapidem, dolore summo hypogastrii cum dysuria, tensione ac pruritu genitalium noscendum, nisi inemendabili præterquam per sectionem, vitio compactus sit, resolventia, diuretica curant. Notæ in hoc sunt herbæ & semina & radices, Petroselini, brusci, &c. Respiciendus autem semper ventriculus est, ne ex mala coctione plura cruda *ſea* in vesicam concurrant: hinc optimus est pulvis stomach. cum pulv. cachect. & ∇ *Iapon. oc. ſ.* cui facile addi possit *ſ* $\oplus$ *lat. arc. dupl. mag. milleped.* Exteriorius inguinibus oleum scorp. petr. succin. anil. cum saccul. ex paregoricis, sem. lin. fl. Chamæm. baccis lauri, atque aliis admoveri possunt.

§. XXVIII. Rhachitidem nostris in oris haud adeo obviam & pene incognitam possemus præterire. Eam marasmus, osium incurvationes, tubercula, caput & ingenium floridius, venter cum duritie inflatus, aliaque manifestant. Infra 5. annos qui sunt, nisi maligniora symptomata urgeant, haud æque periculis vitæ involvuntur. Producta autem in alias ætates, valetudinarios reddit. Adveniente evacuatione quadam v. g. scabie, morbillis, Glisson. & Mayow. morbum solvi adserunt. Hanc ut edomemus, opus est iis, quæ lymphæ *argastav* reducant, ventriculo coctionem adferant, tonum sanguinis & viscerum recuperent. Ex primis sunt attenuantia & incidentia omnis generis. Potui concinne committuntur Radix filicis, osmundæ cumprimis, graminis

minis, cichorei, asparagi, rubiz, eiyngii, herba hepat. veronice, ceterach, absinthii, flores borag. rorismar. meliss. ligna item fantala, gnajac. chinæ radix, saffrafras, & similia. Eodem scopo & essentia lignor. confert, aloës etiam ligni sola, & Arcanum ꝑi. Porro & antiscorbutica addenda, ex ess. gi. Ad stomachum elixiria stomachica item pulveres cum oleo macis ad postremum R. ♂ cum arcano ꝑi, & adstringentes pulveres ♂ diophoret. ♀ ⊕. ♂tis & fl. lap. hzmati. cum ❄ci, parat. à duobus Medicis Vratislaviensibus laudata, aliaque. Hinc monente imprimis Sydenham, per epicrasin purgandum: Vena cum Anglis ob Cacochymiam majorem tundenda non est, venter linimento Sydenhamii Tr. de febb. pag 72. vel Dolzi de Osmunda dicto, Encyclop. med. p. II. p. 445. descripto; Debilitatæ vero partes, nervinis liniment. ex ℥formic. lumbric. CC. ꝑi; ❄ci, add. essent. castor. camphor. &c. fovendæ; balneisque, aut thorace utendum; symptomata semper magis urgentia spectanda.

§. XXIX. Atrophia, si citra dolores ventris sit, non tam lumbricis quam glandularum lactearum scirrhoræ dispositioni debetur. Huic ergo optimum est occurrere aperiens. His enim, si quod est huic malo remedium, unice juvare possumus; purgando hinc leniter, ungendo ventrem ungt. dialth. cum oleo lil. alb. & arcan. dupl. interius dato. Crudelis cum Cardano, & ineptus tamen fuerit, de subtil. l. 8. qui cutem à carne sensim infantibus abstraxerit, quo fugâ vacui huc deposito humore alibili, pingvedo marcentes circumfluat.

§. XXX. □ injussa, sphinctere roborato arcetur. Conveniunt ergo infusum ♀ lapon. cum ipsa ♀ laponica, cum mastich. thur. corall. oc. ♂. cum extract. agrimon. item pulv. pro mingentib. in lectum Montagn. cum oleo macis. pubi hinc oleum castor. expr., petræ, juniperi, nucistæ, vel ungt. comitissæ cum oleo spicæ, vel mastiches illinendo.

§. XXXI. Anum foras cubantem, nutrix facile manuali opera intruserit, & cum plerumque à nimia humiditate laxatis musculis fiat, fatus cum lacte ex emollient. rad. alth.

§. emoll. additis feminib. fl. linar. verbasc. pro muco de-
tergendo magis nocebit quam profuerit, Quin potius cau-
sa illa tollenda, & suffitus adstringens ex mastiche thur.
colophon. verbasc. myrrh. G. asphalt. adhibendus est.

§. XXXI. Variolæ & morbilli iisdem curantur. Erum-
pentes ad diem 4. usque non turbandæ. hinc quicquid mo-
veris, natura adversante, noxæ erit. Hæmorrhagia sub finem
nocitura, initio quasi critica est. Anus vero cum discrimine
vitæ solvitur. Neque igitur expulsivis bezoardicis calidio-
ribus sine causa primis diebus natura obruenda, & sponte
incumbens operi turbanda est, sed tum demum, ubi neces-
sarium id fuerit; quin prudentis est, monitis Ludovi-
ci & Sydenhamii obtemperare. Si enim opus sit pul-
visculis, diaphoreticis plerumque absolvitur cura: Rebellio-
re vero materia, ℞ CC. & ꝑi jungendi, vel mixtura sim-
plex, optimum medicamen, in auxilium adhibendum, addita
si symptomata id requirant, essentia anodyna, vel potius
theriacali, quæ sufficit. Pulveres componantur ex ꝑ diaph spec.
de hyacynth. mag. spinar. viper. quibus ubi imprimis convulsio-
num momenta, dolores, vigiliæ adsint, ꝑ nat. vel ꝑii, ꝑ dia-
phoret. & extr. anod. addi possunt: Potui, quem aut tenuis
cerevisia, aut hordei decoctum constituit, CC.ustum injiciunt.
Emulsionem vero ex sem. aquileg. napi, pæon. card. bened. &c.
parant. Urgente *δυσπνοία* & anxietate, Sydenham venam aperit,
methodo sub initium locum habente: sed & recedentibus
perperam variolis, indeque orto hoc symptomate se haut
paucos infantes, hoc statim symptomate enecandos, misso
sangvine, eripuisse, testatur. Diarrhoeam periculosam the-
riacalia observant. Suppuratæ die 7. variolæ, peiores si con-
fluxerint, calore æquabili, continuando pulveres & fixa cum
myrrhatis servandæ. naribus oleum amygd. d. oculis ma-
gisterio tñi & ∇ chelid. maj. prospiciendum: sub finem
ex ꝑ diaph. & oc. ☉ desiccativum dando. Epithemata vero
omnia motui naturæ contraria visa, tutius omittuntur.

CAPUT III.

SECT. II.

THERAPIA PUERORUM ET ADOLESCENTUM.

§. I.

Febres, quas in 7. annis majoribus à convulsionibus, Cous
coac. prænot. absolvit, synochæ putridæ veteribus audivê-
re. Has eadem fere medicamenta moderata, cum volatili-
bus parcius administratis edomant. Quod ad reliqua,
cum curatio ab adultorum febribus parum, præter dosin,
differet, eousque rejecta sit.

§. II. Hæmorrhagia, etiam cum huic ætati non ad-
modum sit frequens, commodius postea considerabitur: si
tamen frequens est, temperantibus & refrigerantibus leni-
terque adstringentibus, ut sunt Martialia quædam post
pulveres, corrigitur: temperantia sunt aquæ refrigerantes &
aciduli liquores, ☿ ☉ philosoph. puta & Mineræ ♂ solar. dicti
atramenti.

§. III. Hæmoptysin, cum tussi, vel si copia ma-
jor sit, ante tussin sæpe elato sanguine, probe cum ad-
stringentibus mixtis solventibus curabis. ulcus enim ex ero-
sione stagnantis feri oriturum præcavendum est, quod cito
fieri, & intra triduum Meth. med. Galenus docet. Febris si
cum pulsu frequenti adsit, malum auget. Cave autem ad-
stringentibus acidis utaris, erodunt enim, & augent ma-
lum; acidula tamen solventia, ut R. corall., ♂ adstring. o-
ptima sunt, adjecta ess. anod. ess. travmat. Wed. it. R. an-
tiphthis. Grammani, optime se gerunt. Interim his non so-
lis res absolvitur. V. S. in redeunte hæmoptysi ad revellen-
dum summe necessaria, diæta, & maxime potus refrigerans,
medicamenta refrigerantia, omittenda non sunt, quæ in varias
formulas adornantur. Cum primis rosarum conserva, lap. hæ-
matites, ☿ catechu, lemnia, sigillata, aliaque similia in ele-

Etuaria, linctusq; cum idoneis sirupis cogenda sunt: Linctus enim pulmonibus appropriata formula recte habentur. Pulveribus stypticis, quorum exempla habet Crollius & Heurnius, & opiatis, semper oc. ꝑ. addendi sunt. *vid. Amœn. Mat. Med. p. 145.* corall. item, bol. armen. ▽ Iapon. sem. hyoscyam. alb. &c. Wedelius sæpe laudatus in Opiol. pag. 72. etiam trochiscos narcoticos commendat, experientiâ Schenckii. Sylvii potiuncula adstringens, vel similis alia prodest: Item decoctum ex rad. bistort. torment. symph. glycyrrh. herb. centinod. fanic. veron. agrimon. ros. balauft. sand. rubr. nuc. pin. & aliis. Ex harum vegetabilium conservis, cum modo laudatis pulveribus, paratum electuarium magni fuerit usus, cavendo sedulo ab omnibus, quæ sangvinem rarefaciendi virtute polleant.

§. IV. Tabi autem, quæ cum sudoribus colliquativis, macie, pulsuque frequenti est, varia analeptica humectantia alimenta & medicamenta contraria sunt. Potus seri sanguinis Dn. Præfidi Tract. de Febb. commendatur. ipsa acidula lenia usui sunt. Ræ antiphthis. omnes, sudoribus apprime debitz. R. corall. cum R. ♂ cydon. it. ▽ ea leniter absorbentia, ut pulv. absorb. Wed. mater perlarum præp. antihect. Poterii, quin & potio ex ▽ scabios. acac. ceras. nigr. heder. terr. & arbor. cum pulveribus appropriatis, id est, iis, qui vel absorbendo temperant, vel leniter exsiccando sine morfu & calore, ulcus stringunt. Balneandum porro ex oculis populi est: dorsum ex ungt. resumptivo, refriger. Galen. nervino vel alio, additis ol. ranar. sachar. i i, &c. fricandum, hinc amygd. dulc. gelatina CC. brod. capon. ficub. aliisque vescendum.

§. V. Epilepsia superius tacta jam est: addi possunt dictis ess. cubeb. R. ♀ comp. oleosa. aliaque nervina; purgatio fiat cum ꝑ. dulci. Ex fermento copiosi spermatis si sit, quod sæpe in paroxysmo copiosum effunditur, Conjugium remedio est.

§. VI. Pollutio nocturna leniter acidulis, sanguini turgescentiam adimentibus, mutato decubitu, vitatis calidis,

&

& usui pulveris hepat. rubr. cedit, addito ① Glato
Minsichti, quin R. antiphthis. eunti cubitum propinari
potest, lamina plumbea perforata juxta lumbos gestari: aut
decoctum fragariz cum vino rubro quod apud Wedel. *amæn.*
Nat. Med. p. 489. quidam commendant, pubi & pectini impo-
ni, imprimis vero thorus exstrui, medicina tuta satis jucun-
daque.

CAPUT III.

SECT. II.

THERAPIA JUVENUM ET VIRORUM.

§. I.

Consistentis ætatis morbos in fugam acturi, primo feбри
continuz committimur. Hzc vero ex ætate, causus es-
se consuevit, calore intolerabilius sæviente. Sæpe horripila-
tio cum calore subsequo, initia continuarum ac intermittenti-
um confundit, per triduum cadente dubio, quatenus calor
urgens continuo cum pulsu celeri desævrit. Omnia si co-
hærent, etiam sævities bono est: pessima enim signorum in-
æqualitas, & febris malignæ signum. Alterandum
vero ad statum naturalem est. Secundaria, sed oportuna
tamen indicatio medicum & virium & temporis admonet,
ex his duobus enim methodus struenda. Si ergo ex universa-
libus movendum est quicquam, per triduum, & caute fiat. Hinc
contra *Knoefel. Tract. de febb. Thomson. Helmont. Bontekoe, &c.*
cum *Sydenhamio* valetudine athleticis vena saliat, post
quartum enim diem Celsus sanguinem prohibet Lib. 2.
c. 20. nisi ad deliria præcavenda vel aliis symptomatibus ur-
gentibus eum ex lingua ducere visum fuerit. Emeticum, si nau-
sca sit, vel ex dixtæ errore febris fiat, vergente ad superiora
materia, conceditur. Hippocrates si os amarum sit, Galenus, si
adsit cardialgia, hoc ad morbum summovendum vecte u-

tuntur; respectu ad pulmones semper habito. In progres-
 su, qua sit methodo utendum, non ego, sed morbi indo-
 les ex symptomatibus discenda, te docebit, quem in finem
 Sydenhamium legendum commendamus. Plerumq; tamen
 Bezoardica sic hodie dicta & temperantia juvant, dispo-
 nendo pro morbi temporibus volatilia, fixa, & media ℞ Bez.
 tamen non omnibus æque in simplici, ut maligna febre u-
 tilis est: calidior enim. Mistura simplex tutior, quia mode-
 rator. Præstantior vero suo loco, & ubi major sangvi-
 nis coagulatio quam resolutio, quæ ex ∩ theriacal ☿ &
 CC, paratur. Pulv. bez. Wed. maj. facile est substituere
 pulv. pannon. rubr. spec. de hyacynth. pulv. bez. Ludo-
 vicianum vel similem; malignitati sæpe solius rad. con-
 contrayerv. pulv. ad 3℔ a Wedelio nostro, æternum vene-
 rando, oppositus est. Decoct. hordei cum scorz. montan. ta-
 lica, & CC. serum restituet, adjecta vero ℞ viol. ros. vel clyff.
 & sirupo acetositis citr. sitim fallit. Idem præstabunt a-
 liæ refrigerantes & cordiales potunculæ quæ in confortan-
 tes potiones abeunt, additis aqua bez. cum x prophyl.
 Barbet. cord. Herc. Sax. frig. cum pulveribus bez. Sennert. vel
 spec. de hyacynth. M. S. extract. scorz. Icordii. Confect.
 vel succo gran. chermes. Causo æstuanti ferocius,
 ipse ∩ Oli. it. in pulveribus, ☉ & it. vel depuratum
 simpl. cum epithematib. ex oxycrat. & aceto bez. obstabunt.
 Vigiliæ, & ex his delirii, convulsionumque metum, diascord.
 Frac. ad 3℔ vel paratus ex eodem cum pulv. bez. bolus eri-
 plet, qui idem etiam ad sudorem inter initia febris commo-
 de, si opus sit, usurpatur. Vbi & emulsio hypnotica ex
 sem. papay. alb. ∇ hypnot. Dornereil. additis addendis, ap-
 prime laudatur. Debilitati bals. polychrest. & spec. liberantibus,
 cordialib. ad pulsus cum ∇ carfunc. aur. irroratis, succurrendū.
 Ubi gena rubet, ☐ a de Ra descendente, cito sanguinem me-
 ninges inflammaturum, ex lingua vel fronte ducas. Sim-
 plicia vero deliria si insistent, vesicatoria ad brachia extrema
 sunt: ubi vero cum fixitate delirium est M. S. volat. ex usu esse
 solet, facta cum ∩ & ☿. Ad anxietates porro cordialia med.

& camphorata, sacra auctora. Nullus hic dies à medicamentis vacuus sit. Crisin ex euphoria sola patentem, cave, interturbes. Victus tenuis cum largiori potu, aëreque calido æquabili, indicationi vitali satisfacient.

§. II. Phrenitidem, acutum & ferox cum febris & oblivione delirium signant. Hunc septimo die Sanitas, vel mors vel Lethargus excipit. Primariam & secundariam V. S. sub initium revulsoria, postea evacuatoria in fronte curant. Hinc sudorifera sine pari sunt. At funestius nihil spasmodicis motibus est, hinc optimum est *℞ bus bez. addere. Pulvis epil. march. cinnabar. ℥ii; arc. dupl. cum camphora eximium.* opiata vero nisi liquida, in declinationem rejiciuntur. Præter eadem in febb. dicta, columbam discissam citra noxam capiti dabis.

§. III. Veterius cum lenta febris & oblivione inexcitabilis, & utpl. die 7. ad mortem terminans sopor, indicat primo Excitantia, v. g. *℞ *ci ☐ sum. oleos. castorisat. it. camphora, ☐ ⊕ volat. †. rutac. ptarmica,* acclamationes, vellicationes; rasum caput *℞ uosis* perfundendo. Hinc addenda discutientia, diaphoret. dicta, & quæ simul nervosum genus tutentur *℞ *ci. mistum cum castorei essentia, Liqv. CC. succinat. ess. castor. ipsam. it. Pulv. epil. march.* Clyfma vero præter alia bono erit, acre & mordicans, non tam educendis ex colo fecibus quam revellendæ materiæ & spiritibus excitandis conducens.

§. IV. Pleuritidem pungitivus lateris dolor, pejor si ad dorsum rejiciatur, febris, tussis, respiratio diffic. &, si quis eum percipere se putet, pulsus durus notant. Peripneumonia ex dolore pectoris gravativo, cæteris omnibus, secus ac in pleuritide, gravioribus judicanda. Omnis hic ex sputo salus quod nec cruentum sub initium malum: tenue vero aut nullum, periculosum. Curatio fit per Bezoard. resolventia, expectorantia, & sputum moventia febris, ac inflammationi debita. In Peripneumonia vena mature pertundatur, abs qua nulla salus, secus ac in pleuritide, quam etsi toties sine ea curasse se jactitent recentes, plerumq; tamen (inter initia) etiam in hac necessaria est. Contracta alvus, nisi naturæ opus sit, quo
lym.

lymphæ ad sputum sufficiens retineatur intus, Clysmate resolvente & emolliente solvatur. Hinc febris per diaphoretica occurratur; optimum est dare $\mathcal{R}$ *Bez. cum M. S. & gutt. aliquid Ess. anod. flores v.* Δ dolorem auxisse visi sunt. Sperma ceti resolventium pect. apex erit. *Antimonium diaph. C. C. f. igne, Unic. foss. Mandib. Lucii. oc.* $\mathfrak{S}$. *Cinabaris*, & similia resolutiva nota sunt remedia. Tenue sputum ad caute datum opium coit; caute inquam, nam ubi vel dosi excesseris, vel iteraveris, illud suppressum, homini vitam adimet. Peripneumoniâ ab anxietatibus per *ol. caryoph.* in camphorato spiritu solutum absolvas. Ad diluendum serum, sitimq; sedandam resolvens Potio ex ∇ *C. B. scord. taraxac. card. mar. cerefol. acac. &c. cum elix. pect. extr. C. B. scord. mag. dent. apri. oc.* $\mathfrak{S}$. $\frac{1}{2}$ usui erit, cui etiam consulto oxymel squillit. adjeceris, quod pus egregie incidit, atque expectorat. Sed non omittenda sunt etiam decocta, ex emollientibus, radice alth. Malv. & herbis pectoralibus, si durior inflammatio resolvi nesciat, aut sputum ob inopiam materiæ non succedat. Postea ad abstergendum, decoctum hordei cum plantis vulnerariis & adstringentibus & consolidantibus ex usu erit, etsi pulveribus eclegmatis, aliisque id fere commodius obtineatur. Etsi enim dulcia ob febrim minus quibusdam placeant, experientia tamen, suo tempora data unice prodesse testis est. In fine etiam Exterius ungi thoracem convenit, ex *ungt. dialth. ol. carmin. Mins. scorp. hyoscyam.* vel aliis, additis $\mathcal{Q}$ uis quoque, imponendo sacculum majoris vel minoris apparatus: *essentia & positiones traumat.* ulcus solidabunt.

$\S$. V. Dysenteria, cum torminibus & febris, albis vel sanguineis fecibus descendentibus non benignior est. Nigra vero cum singultu, extremorumque frigore, imprimis si petechiæ corpus inficiant, periculi plena. Febris E. & Fluxui manus admovendæ sunt. Promiscuæ adstrictiones, anxietates faciunt. Utrique indicationi debita miscenda sunt, hinc $\mathcal{R}$. *bez. ess. theriac. c. R. anod. optima.* Frustra enim Trallianum, Minadonum opiata in Dysenteria fugere, hodie plane con-

constat. Erosio intestinis *Ess. traumat. terra Japonica, mumia,*
proderunt. *R. ♂ adstring. & corall.* adstrictioni inservient.
theriaca summi usus, cui si addideris adstringentia, terram ca-
techu, bol. Arm. Lemniam sangv. Drac. & quædam sudorifera,
& nisi sufficeat malo, tormentillæ vel bistortæ radicem, vel si-
milis, facile morbum jugulaveris. Pilulæ theriacales egregiæ:
vel paratæ ex *extr. zedoar. theriacal. c. lap. hemat. bol. armen. ol.*
IV. M. expr. Sitim, quam neutiquam potulentis extingvas, po-
tiuncula tamen fallere poteris ex ∇ *bez.* adstringente: (uti
ob sua simplicia dicuntur) aliisque additis. Exterius abdomen
ol. petr. mac. anis. cere, nuc. moschat. expr. cum sacculo foven-
dum est. Sunt qui *empl. de crust. pan. de bacc. laur.* vel aliud
cum theriaca & *ol. R. croc. ♂ adstring.* abdomini aptant. Qui-
quid agas, calor externus maximi momenti est, cum ad tor-
mina, tum ipsorum viscerum tonum restituendum. Tenesmus
fussitu coercendus. Venter c. *extr. zed.* ad mixturas adje-
cto, roborandus. Purgationem vero omnem noxæ ducimus.

§. VI. Tertianam non una ratione aggredi licet: Si
minori coagulatione absque rigore sit, V. S. curatur, alias ex
infimo ventre projicienda est. Primo mali sensui sæpe eme-
ticum bono est, aut cum gr. j. $\boxplus$ *emet. conjugatum* purgans.
Hinc incidentia salia omnis generis, (non tamen omnia in
omnibus) paroxysmos turbent, vel etiam constringentia san-
guinem, excludant fermentum. $\boxplus$ *lia R. ♂ absynthiaca* du-
plicata, temperata, aperitiv. it. elix. $\odot$ *li Mins. arcan.* $\boxplus$ *die*
intermissionis conveniunt. Si serum deficiat, ut in diuturnis
post tot sudores solet, diluentia, v. g. serum lact. caprin. cum
cinamom. decoct. vel assumptum cum anim. rhabarb. aut
clyst. $\boxplus$ *ii* $\boxplus$ *sat.* optima sunt. Præcipitantia, fermentumq; in-
vertentia, ex *arcan. dupl. ♂ diaph. conch. & famosa china chi-*
na cum oleo caryoph. ante paroxysmum bona; in ipso con-
flictu satius est abstinere vel ab ipso potu, nihil enim pota-
tores proficiunt. Si tamen urgeant medicum, concedendum
est aliquid secundum Hippocratem, & aqua $\boxplus$ *lata* vel deco-
cta cum cinamom. sirup. acetos. citr. & clysto permittenda.
Vacuis deinde diebus, vel etiam non vacantibus per epicrasia
ex infusis febrifugis speciebus purgandum est.

§. VII. Asthma, si ab illapso, adeoque compessione sanguinis calidioris sit, quod ex pulsu & plethora noscitur, V. S. ne in brachio vel juxta talos, laxabitur. adhibendo hinc diluentia pectoralia, potiones, decocta, & alia, uti supra dictum est.

§. VIII. Cholera, involuntaria tendinum spasmus, & anxietate periculose sæviens, sublato stimulo, pariter ac dysenteria conticescit. Plerumque hinc alexipharmaca, in quibus theriaca primas tenet, satisfaciunt, hinc essentia theriacali addi possunt ess. castor. xyloal. cum oleo mac. it. pulveres adstringentes, & absorbentes, cum bez. & laud. Op. quibus facile est præcipitantia & invertentia alia cum oleo caryoph. addere, vitatis ubique dulcibus, cætera ut in dysenteria ordinando.

§. IX. Hæmorrhoides, citra ventris tormina, cum dolore dorsi fientes, imperfectæ sanitatis indicium dicuntur Wed. Opiol. p. 124. hinc seu fluxerint, seu in nodos elatæ indoleant, §libus mediis reducuntur. Sic enim acor biliosus intervertitur. adstringentia vero ano remoras ponent, R. itaq; § aperitiva, cydoniata, cum elixiri quodam stomachico laudantur. quin & ipsa antiscorbutica & tusa in brachio vena, valet, rhagades ani oleo ceræ tangendo. Tumentibus vero eadem §lia prospiciunt. Exterius cum lacte fottus ex rad. scrophul. fabar. cynogloss. herb. linar. verbas. pariet. fl. melil. sem. lini, cum gumm. sandarac. mastich. (quæ ipsa quoque in suffitu utiliter militant,) & fabaræ radix ex dorso suspensa, Magnif. Wedelii experimento, coctæque sub cineribus cepæ cum theriac. oleo ceræ &c. proderunt. vitanda vero sunt rancida, aloetica.

§. X. Cæliacæ demum seu lienteria ipsi, reddito ventriculi tono, coctionisque instrumentis roboratis, fiet satis; Roborantia cum stomachicis optima, v. g. In vino malvatico solutus mars, elix. propriet. & oleum mac. pulveres stomach. hepat. rubr. oc. §. cum oleo mac. caryoph. cui fini etiam infervire poterit trag. gross. svavis, ex rad. zedoar. galang. sem. carmin. L. aloes pulverisat. aromatibus &c. ungi quoque Ventriculus, aut empl. contegi potest.

CAPVT III.

SECT. IV.

THERAPIA SENVM.

§. I.

Senium, omnia mala ob debilitatem peiora habens ipsius Galeni iudicio 7. §. 42. cautum circa Universalia imprimis medicum deponit.

§. II. V.S. proinde à Galeno de rat. cur. per sangv. miss. c. 13. interdicitur, nisi forte Plethora coindicet, ubi & 70. annorum hominibus venam perforat. Experientia absolutissimi *Dn. Wedelii* in foemina 70. annum degente, nisi erepto sanguine, erysipelas, compesci nequivit. Emetica, pusillaminitatis causa, à Senibus cum Fallopio de med. purg. simpl. non proscribemus. Purgantibus v. fortioribus feri reliquias exhaustire religioni duxerim: nisi in asstuetis, & acrimonia ejus gaudentibus. Refert enim *D. Praeses*, Senem 70 genario majorē se novisse, qui bis terve nonnunquam per mensem catapotis alvum subduxerit, cum euphoria per annos plurimos, ut 75. attingeret; ideo nihil ex his, ut Celsus monet, perpetuū est. Mitiora tamen, & quæ per epicrasin fiant dejectiones, tutiora ducenda. Timet equidem à Clystere fibrarum laxationem Sydenham. Tr. de Febb. sed contra nitente, omnia perscrutantis *Wedelii* de medic. comp. experientia.

§. III. Ad morbos ergo seniles devoluti, non morabimur David. de Pomis. enarrat. brev. de aff. senum præcav. laudatis arcanis: sed *Wedeliana* nostra toties probata, Ranchino de Senum conserv. & senil. morb. cur. Stainero, Gerocom. concisa brevitate apponemus, alterum oculum ad morbum, alterum ad scorbutum & subjectum defixuri.

§. IV. Vertigo ergo, quæ per consensum fit, frustra solis cephalicis tentatur. (vid. *Plater. observ.*) sed mineram in hypochondriis, & bus, carminativis (vid. amœn. nat. med p. 359.) oportet dirui, & stomachi imbecillitati succurrere aromaticis, & incidentibus acribus. Quod si à defectu sit virium, crebro etiā ægrum cibare & matutine oportet. Elix. stomach PP. aromaticum & pulveres stomachici; pilulis hinc educenda saburra vitiosa, quibus extr. L. aloes, vel Ladani adjici poterit. Nec opiata refugienda, quin à pil. ex ladan. specif. cephal. & laud. egregia Opiologia p. 103. vidit. Primariam vero spirituosa, & odorata cephalica, variis formulis colligata, in infuso scil. in massa vel pila odorifera, in spiritu, aqua apoplectica, Aq. Reginae Hungar. Anhaltina, correctæ præsertim Cellensi, &c. abigunt.

Hinc eff. succin. castor. L. aloes, cubeb. $\ominus$ vol. oleos. Sylv. vel Mazii, *Magnif. Dn. Præf.* communicatum, Ω * sassafrat. M. antiscorbut. R. $\overline{\text{f}}$ comp. oleosa, eff. Lign. & ex siccis pulv. cachect. $\overline{\text{f}}$ in, spec. diamb. diamosch. d. xyloal. smaragd. corall. præparat. imo ambra in substantia, magni usus sunt. Iplis vero spiritibus roborandis Cucupha inserviet.

§. V. Apoplexia, (quam ex cessatione functionum animalium, præsentē pulsu, facie vix mutata, respiratione salva, (pejus enim est si stertant,) præsentē noveris. futuram vero ex diuturna Vertigine, Incubo, tinnitu auriū, imprimis mictu cruento prædixeris,) abigitur excitantibus, ubi urinosa sæpe plus præstiterint præ aromaticis; odoramenta quoq; bona, ex Opopanace, Castoreo succino, accensis, quo uno, teste Manlio, Apoplectici plures ita recreati sunt, ut multos annos supervixerint. Clyster Serum, stagnationē affectans, revellendo, in fortiori casu ex cephal. cum fibr. helleb. nigr. agar. fol. fenn. &c. subducit: item ptarmicum, V. S. cucurbitulæ, in ipso etiam vertice scarificata cute, aliaque supra dicta proderunt. Quando vero sensu reduce per *διαδοχὴν* in Paralyin solvitur: nervos deobstruentia, ~ restaurantia, lymphamque alterantia volatilia, humectantia, usui sunt. Præter eadem in Vertigine dicta: Eff. ambra, Ω * Castoreo imbutus, aquæ spirituosæ & Emuls. cephal. liqu. CC succinat. Mistura simplex volatili spiritu parata, usui sunt. instar omnium pulv. cachect. cinnabar. *Tr. de amœn. mat. mea. p. 75.* laudatus est; addi possunt: castor. præpart. spec. diamb. diamosch. d. perl. præparat. $\ominus$ vol. CC. ol. L. sass. Multis deinde membrorum usum *Magn. D. Wedel.* decocto pugillari: ex cephalicis nervinis roborantibus, dedit. Extra vero pars soluta, linimento, nervino: nucha vero uncto nervino cum ol. roris mar. petræ. succini. lavendulæ, &c. addita pingvedine castorei fricanda; imponi etiam emplastrum potest ad nervorum, si pateat, originem, ut in brachii paralyi ad collum. Balneandum vero ex nido formicarū est, urticis pars urenda, caput cucupha muniendum, donec tremor, ~ uum influentiū iterum præco, nisi convulsivus fuerit, spem bonā fecerit.

§. VI. Difficultatē judicii & memoriæ vix ullo remedio tolles. Est tamen, ut ~ formicar. comp. Lauremb. eff. ambr. robotes, ubi & confectio alkerin. compl. aut electuar. ex conserv. meliss. & aliis conflatum bono erit: exterius bregma eff. flor. spic. ambra, cum Ω * ol. meliss. mosch. ungendum.

§. VII. In vigiliis opiatīs sicco corpori nocueris, & quod non resolvantur, & quod ad apoplexiam disponant, Externa itaq; papaverina,

&c

& mulcentia, & interna, quæ svaves *ava duplaretis* halent, sicque Ω palantes ligent, ambrata, moschata, svadentur.

§. VIII. Oculorum vitia lympham alterantibus, Ω usque confortantibus, non neglectis hypochondriis, conficies. Quapropter Ω * *fœniculatus*, *ess. lignor.* *ess. succin.* & ex pulveribus *rad. valerian.* *fol. nepeth.* *xyloal. spec. dianth.* *sem. fœnic.* *siler. montan.* *cubeb.* *cardamom.* & in *tragemate*, adjectis quoque *oc.* $\mathfrak{D}$. & *ol. fœnic. mac.* profuerint. exterius collyrio ex notis, vel pingued. viperæ uti, hinc purgari, adjecto imprimis $\dagger$ *nat.* &, si opus fuerit, fonticulum urere, optima medendi methodus fuerit: inutilis tamen, si à deficientibus naturæ viribus sit malum, nisi quod paulisper illud moretur.

§. IX. Idem iudicium de auditu ex eadem causa deficiente. Tentari tamen potest pulvere ex *oc.* $\mathfrak{D}$. *croco* $\dagger$ *ato*, *cinabari*, & *succino*, & speciebus *diaxyloal.* *dianth.* addito $\mathfrak{D}$ *sassafras*: purgante quoque, & auri data *ess. ambra*, vel *oleo acust. moscho* quoque, vel saculo cum vino roborant *cephal.* cuius virtutes purgantia addita, *kelleb. niger*, *colocynth. asar. epithym.* auxerint.

§. IX. Narium, pectorisque catarrhos, tussés, partim dicta, partim alia pectoralia resolventia, si coagulum materia subierit, v. g. *spec. diatr. simpl. oc.* $\mathfrak{D}$. *sperm. cet. rad. ari oxymel.* *squillit.* Sin tenuis muria saliat, *spec. diatragac. f. succin. pp. pulv. Haly. contra phthisin*, *troch. becch.* & *MP. de styrace* mitigare solent.

§. X. Vrinæ incontinentiam infusum ∇ æ Iaponicæ, aliaque superius tacta sphincterem corrugantia, *xyloaloes*, *lanod.* & cum pulveribus datum *bals. peruvian.* Item ex oleo *castor. expr. petr. juniperi* destilato parati litus, coërcent. Suppressa vero $\square$, litu ex oleo *petr. scorp. Matth. cum aliis*, interne vero *petroselini radice*, *sem. lycopod. troch. alkekeng.* & ex *sem. violar. parata emuls. laxatur.*

§. XI. Nephritidi cum dolore lumborum acuto, vomitu, stranguria sævienti, eadem diuretica, & quæ calculum dissolvere apta sunt, omisiss tamen si urgeat, pellentibus fortioribus, & substitutis mitioribus emollientibus & laxantibus ureterum, fibras, debentur. Ast copiosum vehiculum antinephritica exigunt, quapropter, toties ab hodiernis laudatum thee decoctum, nisi senilis ventriculi imbecillitas abnuerit, huc aptari poterit. Eximia vero sunt salina, cumprimis $\mathfrak{F}$ ea. $\mathfrak{R}$ $\mathfrak{F}$ comp. oleosa & acida; $\mathfrak{F}$ $\mathfrak{D}$ leat. *Arcan. dupl.* Adde his $\ominus$ *succin. volat. sperm. cet. troch. alkek.* aliaque diuretica. Lumbos & pubem

ex oleo scorp. Matib. cappar. succin. petr. ungt. dialb. ungendo, impositio mox
sacculo; Clysmā ex emollientibus & solventibus injiciendum. Im-
primis quoque virga aurea à Barclajo, Pisone, laudatur. Tandem si vi-
res balneum admiserint, emolliens incundum est.

§. XII. In dejectionibus invitis consultum est respicere ad cōctio-
nem, & intestina, imprimis sphincterem: hinc præter interna roboran-
tia, id est terrea & stringentia, & spiritus restituentia, externi quo-
que suffitus & alia, usui sunt.

§. XIII. At ubi Cachexia est, cum difficultate spiritus, ∇ ā inter-
cutem inpedibus instante, $\square$ a ∇ osa, cui Θ ia nondum periculose tin-
cturam addiderint, viscerum debilitatus tonus redintegrandus est. Hinc
roborantia, acinos glandosos in hepate expedientia optima: v. g. $\mathcal{R}$ $\mathcal{J}$
Zwelf. vel temperata, elix. pp. antiscorb. $\mathcal{R}$ $\mathcal{J}$ balsamica spir. $\mathcal{F}$ i mixta
antiscorb. arc. $\mathcal{F}$ i, elix. stomach. cum oleo mac. vel caryoph. quibus facile,
si dolor in hypochondriis sit, eff. carmin. adjici potest. sed præsentiora
sicca sunt, villos viscerum in tonum adserentia, pulv. cacheet. simpl. &
 $\mathcal{F}$ in. cum oleo mac. vel ejus simplicia cum ebor. ust. CC. ust. pulv. stomach.
hepat. rubr. spec. diarrhod. abb. diatrion sandal. &c. Hinc $\kappa\alpha\tau\omega$ educen-
dum quicquid subter pellem ∇ æ est; hypochondria vero uncto $\mathcal{J}$ at.
ungenda vel alio m. vel m. empl. splenet. hepat. aptanda; eadem proceden-
do via, ubi scorbutus contumacius malum effecerit.

§. XIV. Marasium vero quod Senium processus ad siccitatem sit,
Galenī oraculo, de Marasmo nunquam solvas. Mitigando autem huic,
culina præ officina aptior. siquidem $\pi\epsilon\gamma\sigma\sigma\epsilon\tau\iota\varsigma$ indicatur, medicamen-
ta post principia stare consuevere. Hinc mensæ Senum vino semper
madeant, dape quæ succum copiosum nutritium fundat, extracta.

§. XV. Quartana, suo exquisito typo, paroxysmo multo frigore hor-
rente, nota, antiscorbuticis, & quæ copiosum acidum infringant, salsio-
ribus auscultat. Saburra peccans, Sylvii pilulis sphlenet. egeratur. Hinc
 $\mathcal{J}$ lia, & antiscorbautica summi usus, eff. $\mathcal{J}$ ii cum oleo cochlearie, i-
psaque M. antiscorbutica: & si calor major quodammodo, $\mathcal{R}$ $\mathcal{J}$
temperat. Ex siccis $\pi\epsilon\gamma\sigma\sigma\epsilon\tau\iota\varsigma$ bus, chin. chin. sola ad $\mathcal{J}$ j. cum oleo caryoph.
data, vel adjecta Θ ina, arc. dupl. $\mathcal{F}$ Θ lat. fl. $\mathcal{K}$ ci $\mathcal{J}$ les, superiores
imprimis it. $\mathcal{J}$ $\mathcal{J}$ l. cach. Θ volatile viperarum $\mathcal{J}$ diaph. conch. rad. ari. cum
oleo febril. vel alio. Sunt qui hæc ipsa in electuarium per rob. juniperi
aptant. Hi Empl. ad hypochondria adjungere, vel Helmontii svasu,
infusumque febrifugum ordinare, non abs re fuerit.

§. XVI.

§. XVI. Pruritus in scroto imprimis molestus, ex Hartmanni praxi empl. refrig. Galen. cum populeo, cui & addi possit ceruss. opium, repellitur. quo fine m. aqua Ψ æ, cum vel sine lap. medicamentofo & mag. hñi proderit. quid quod ∇ frigida sola vi repellendi, Θ ia diluendi exterius proficua fuerit, vid. Tr. de Facultat. Medic. p. 53. de compos. medic. extemp. p. 165. quibus non juvantibus, vesicatorium ad vicina poni, imo foniculus uri poterit, si tamen tanti est.

§. XVII. Impotentiam si solis stimulantibus tetigeris, frustraneo ausu nocueris etiam. Hinc cum aphrodisiaca coëundi magis potentiam, quam concipiendi respiciant: quo tantum juvenularum noctes non prorsus frigeant, culina iterum lautius aperienda est. Aucto sic spermate, ex medicina spiritus roborandi, calorque suscitandus est. *Spec. diamb. diamosch. confect. alkerm. complet. ess. ambra, chocolata, electuaria ex conserva satyr. cum aphrodisiacis notis additis moschatis, ambratis, insignis effectus erunt.* Multum quoque foemellæ vino malvat. cum vitellis ovi, imprimis si cubitum ituro præmittantur haustui *rotul. stimul. Mins.* vel aliæ addantur, debebunt. hinc perinæum, pedumque plantæ, inguina, balsamo confortante Timæi in Casib. vel alio inungenda: & danda opera ut probe muniti testes, nunquam frigescant, dici enim non potest, monente Excell. D. Præside, quantum hic valeat externus calor; tolerando hinc, quicquid in thorum ætas decrevit.

CAP. IV. ET ULTIM.

§. I.

His tanquam præcipuis in ætatum morbos armati, quicquid ex Prædicorum experientia adjungendum foret, libenter arripimus; cum omnia dixisse, nec institutum, nec Ingenium tulerit.

§. II. Inter tanta autem de Diæta scripta, filemus fere. Annitemur interim ut cuilibet ætati sua temperies statuminetur; hinc non calidi cibo, aut motu Infantiam siccemus, sed multiplici mensa in pueritiam adducamus: observando præterea, quæ Lud. Mercat. de Puerorum educatione & custodiâ inculcat. Consistentibus cum plus sibi fidant, ne ætatis vigor in errores conniveat, caveamus. Quicquid in cibo & potu firmum est, ad facietatem, motusque, nec jejunis, nec repletis quadrat: omnis vero abusus noxæ erit. quemadmodum Wolffg. Krapf. de reparand. juventut. & produc. Vit. it. Arnold. Villanova, de conservanda Senect. pluribus testatum eunt. Ultimis in ætate, à Galeno reconvalescentium diæta l. 5. de tuend. sanit. injungitur. Pluries hisce, sed pauca manu de die cibandum, hinc meridiandum, ex generosa vite spiritus repetendi. Plinio vero L. 12. hist. nat. teste, multi senectam longam multi tantum nutritu toleravere. Præterea quoque Ranchin. de senum conservatione, & Stainer in Gerocom. audiendos reor. Quibus rite observatis, DEO auspice efficies, ut per humanæ fabulæ ludibria, quibus tot fata nobis illudunt, morbis saltim haud ita laceffit, emergas tandem ad fluxæ nostræ vitæ ultimum Finem,



Semina morborum ac mortis nascentibus insunt.

Et puer, & juvenis, virque senexque perit.

Sunt morbi varii, varians quos parturit ætas.

A morbis quanquam libera nulla manet.

Principium curæ medicæ est, discernere morbos:

Dimidium curæ, qui mala novit, habet.

At Tibi non satis est, mala nôsse; occurrere morbis

Mens studet, ut salvus stes, redeatq; vigor.

Jam nobis morbos ætatum sistis, ut ætas

Quælibet arte tuâ possit, Amice, frui.

Nob. & Clarissimo Dn. Doctorando, Inquilino suo, multâ pietatis, modestiæ, industriæ doctrinaque laude ornato, jam ad summos in arte Medica honores feliciter aspiranti, lmâ, gratulatur, & fata felicissima precatur ex animo

JOHANNES GUILIELMUS BAJERUS, S. Theol. D. P. P.

Ætatum enumeras morbos, horumque medelam
Subjicis, ac promptum te facis arte Virum.

Hoc opus, ac oleum non lubrica destruet ætas,

Quin eadem potius præmia larga ferent.

Euge igitur! meritos capito Virtutis honores,

Sat probat hoc specimen, quàm bene victor eris!

*Nobilissimo Domino Doctorando animitus
gratulari voluit*

R. W. CRAUSIUS, D. P. P.

Ingenium felix, pietas, candorque modestus,
Sedulitas, fructus arrogat hosce tibi;

Sunt hi laude graves, sed fertilitate decori

Spondent & medicæ commoda plura rei.

*Sic Honoris & Affectûs sincerè testandi ergo
ex animo applaudit*

GEORGIUS WOLFFGANGUS WEDELIUS.

Infantum morbos celebras, juvenumque senumque,
Et sic te, juvenis prodis in arte senem.

Ast nonne est vitium ætatis, prævertere cursu

Æquales? hoc nos pagina nulla docet:

Est intemperies animi! Procul esse docebit

Ipso hanc conflictu mens moderata tuo.

*Sic maturatis insigni diligentia studiis egregiis
applaudebatur*

P R Æ S E S.

